



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>







255  
1-E  
18  
ROMA  
BIBLIOTECA  
VITT. EMANUELE















SANTICAE  
QVAE  
CARIS CAESARI

IMPP.  
ROMANORVM  
NVMSMATA

Philippus Bissius Delin.

Simon Durellus Sculp.







*Dr. Acad. R. & Ital. Scientiar. Ministerii auctore.*

# IMPERATORVM ROMANORVM

## NUMISMATA

A POMPEO MAGNO AD HERACLIVM  
AB ADOLFO OCCONE OLIM CONGESTA,

*Nunc Augustorum Iconibus, perpetuis Historico-Chronologicis notis,  
pluribusque additamentis illustrata, & aucta.*

SAC. CÆSAREÆ ET REGIÆ MAIESTATI  
INVICTISSIMI, ET CLEMENTISSIMI

# LEOPOLDI PRIMI



OPTIMI MAXIMI; AVGVSTORVM AVGVSTI

EXHIBITA

STVDIO, ET CVRA

FRANCISCI MEDIOBARBI BIRAGI

S. R. I. Comitis, & Regiæ Ciuitatis Papiæ Decurionis.



MEDIOLANI

Ex Typographia Ludouici Montizæ. MDCCLXXXIII.  
SUPERIORVM PERMISSV.

*Artificis*

*Romanoz*



IN ROMANO


MILITARE DA ROMA ROMA

IN ROMANO MILITARE DA ROMA ROMA

IN ROMANO MILITARE DA ROMA ROMA

IN ROMANO MILITARE DA ROMA ROMA

IN ROMANO MILITARE DA ROMA ROMA





IMPERATORI CAESARI  
D. FERDINANDI III. PACIFERI FILIO,  
D. FERDINANDI II. BOHEMICI, ET PANNONICI  
NEPOTI

LEOPOLDO AVSTRIACO

OPT. MAX., SARM. MAX., PANNON. MAX.

P. P.

SALVTEM, VICTORIAS, TRIVMPHOS.



Victoria cum Trophæo Gemma antiqui operis  
sculpta, & in munitione oppidi, quo sedem belli  
contra Neronem Ser. Galba delegerat reperta,  
& faustum belli omen, & ipsum Iustum, Pium, &  
fauentibus Dijs susceptum designare credita est  
LEOPOLDE AVGVSTORVM AVGVSTE.  
Nec secus excipias velim inter bellicos hos tur-  
bines, quibus feruet Europa, atque Asia, hæc  
meo studio, ex Vetustatis ruderibus eruta, atque

in vnum congesta Imp. Romanorum Numismata, quæ tuo semper  
AVGVSTO, semper VERENDO, semper FELICI nomini (pro mea,  
& Proauorum meorum, erga M. T. C. & S. R. I. obseruantia) subijcio,  
& sacro; vt ex vectigalibus hisce Emblematis, quæ sunt CÆSARIS,  
CÆSARI reddita intelligas, simulque in tot Augustorum impressis  
Victorijs, ac Triumphis, innumeros, quos tibi ominor, AVGVSTO-  
RVM CLEMENTISSIME, AC MAXIME, intuearis. Quid enim  
aliud portendunt VICTORIÆ IVSTÆ, ÆTERNÆ, DACICÆ, AV-  
GVSTÆ, GERMANICÆ, & PARTHICÆ Numismatibus signatæ,  
quam victori tuo capiti laureas Dacicas, Pannonicas, Germanicas,  
Thraciasque accessuras? TRIVMPHI, AVGVSTI, PARTHICI,  
QVADI, quid aliud prænunciant, quam subactis Pannonibus, deuictis  
Barbaris, PACE in S. R. I. PERPETVA FVNDATA, te GENTIVM  
BARBARARVM TRIVMPHATOREM, FVNDATEMQUE  
PACIS? Quid aliud ominentur Trophæa varia, abiecta ad pedes Cæ-  
sarum Rebellium capita, Quadrigæ Triumphales, Victoriæ Laureas  
Imp. capitibus imponentes, Signum denique Constantino Magno  
Diuinitus ostensum, quam te IN HOC SIGNO VBIQUE VICTOREM?  
DANVVIVS iacens, DACIA CAPTA, PANNONIÆ, ASSYRIA,  
ET PALÆSTINA IN POTESTATEM P. R. REDACTÆ, ARA-  
BIA, & DACIA AVG. PROVINCIÆ, ASIA, denique AFRICA, &  
EVROPA an non iustis, ac victoricibus tuis Armis, Daciam, Panno-  
niam, Terrarumque Orbem ipsum cessurum augurantur? REX PAR-  
THIS, REX ARMENIS, REX QVADIS DATVS, quid aliud, quam  
Reges



Reges subijciunt à tuo nutu pendentes, & REGNA tuis virtutibus Diuinitùs plura ADSIGNATA? Adde RESTITVTIONES ASIÆ, DALMATIÆ, ITALIÆ, DACIÆ, MACEDONIÆ, & SARMA-TIÆ, quæ te HVMANI GENERIS, SÆCVLI, REIPVBLICÆ, totiusq; ORBIS RESTITVTOREM pollicentur. PROVIDENTIA denique, CLEMENTIA, IVSTITIA, TRANQVILLITAS, CONCORDIA, PAX, SALVS, GLORIA PERPETVA, nonne SALVTEM PVBLICAM, SECVRITATEM IMPERII, GAVDIVM REIPV-BLICÆ, GLORIAMque NOVI SÆCVLI SAPIENTIA PRINCI-PIS PROVIDENTISSIMI LEOPOLDI TER. MAXIMI PACE VBIQVE PARTA certissimo VIRTVTIS AVGVSTAE augurio designant? Age igitur Inuictissime CAESAR, VOTA ORBIS imple, tot, tantisq; Auguris Augurijs fultus EXERCITVS GERMANICOS, DACICOS, AVGVSTOS, VIRTVTE, FIDE, & CONCORDIA MILITVM semper Victores AVGVSTA EXPEDITIONE, BONI EVENTVS securus, in hostes dirige, FORTVNA, & VIRTVTE AVGVSTI videbis vbique Barbaros stratos, Rebelles sub iugum mis-sos, Prouincias receptas, ipsisque tuis XXV. VICTORIAS LAETAS, PROVIDENTIA, & FELICITATE AVGVSTA, VIRTVTEQVE EXER-CITVS partas cum SECVRITATE, & GLORIA REIPVBLICAE TRI-VMPHO AVGVSTO produces. Faxit Deus vt SIC XXX. SIC XXXX. SIC SÆCVLARIA SACRA Imperij tui celebrentur, Beata enim TRAN-QVILLITATE, VIRTVTE, & PIETATE INVICTI AVG. restituta, LAETITIA FVNDATA Terrarum vniuersus Orbis fructur. PROPAGINEM interim IMPERII, BONOQVE REIPVBLICAE NATVM IO-SEPHVM ARCHIDVCEM INVICTI PII FILIVM spem Reipublicæ, CAESAREMQVE DESTINATVM, vt PLVRES videat NATALES FE-LICES, SOSPITATOR, CONSERVATOR, SALVTIS DEFENSOR, AV-GVSTORVMQVE TVTATOR, DEVS ROMANORVM ADIVTOR, sospitetur, tueatur, AETERNA FELICITATE, PERENNITATEQVE AVG. donet, vt supplex humilissimis, feruentissimisq; votis ad sacros M. T. C. pedes proiectus, in subiectionis, obseruantia, grati animi, deuotionisq; Tesseram precatur.

DEV. N. MSQ. EIVS



Mediolani Kalendis  
Ianuarij Anni 1683.

*Franciscus Mediobarrus Biragus.*  
LEC-



# LECTORI BENEVOLO

## AUCTOR SALVTEM.



olent qui libros in publicum emittunt, praefando consummati operis occasionem, argumentum, utilitatemque designare. Horum calcare semitas animus est amice, ac erudite Lector, ut & operis rationem, & hoc non tantum Antiquorum Numismatum studio accommodatum, verum & uniuersali Historia facem praefrens, cunctisq; studiorum generibus noscas deservire: Et nisi Eruditissimus Eques Carolus Patinus & in Praefatione ad Familias Romanas Fuluij Ursini a se auctas, & in Historia Numismatum Gallice scripta, & post eum saeculi decus Clarissimus Ezechiel Spanhemius, edito insigni, numquamque satis laudato opere, praestantiam, & usum Numismatum antiquorum iam satis abunde, erudite, & doctorum omnium plausa in litteras misissent, primo loco de his mihi differendum esset, sed cum iam Spartam hanc, ut dixi, feliciter impluerint bina haec Saeculi lumina, ad operis mei transeo occasionem, quam praeiuit Adolphi Oeconis Liber, qui de vberior cateris de re Nummaria in lucem emissis, insignique eruditione refertus, maximeque Numismatum studium iuans, ita iam cum Saecula senescebat. Edita post eum a Gorleo, Hulsio, Tristano, Angellono, Patino, Vaillantio, Seguino, Sponnio, Ascanio, Hemellario, Oyselio, Bellorio, Paruta, Augustino, Spanhemioque, ac cateris huius Saeculi rei Nummariae Scriptoribus, tot, tantaque eiusdem supplementum suadebant; Sed quis tanto oneri par? ubi laboris patientia requirenda? plura emendanda, plura illustranda, plura adornanda antequam opus attingeretur: Supplementum Numismatum, opus, & labore, & patientia maxima constans, Fastorum descriptio, & ad Nummorum fidem accommodatio, opus ut nouitate forte placiturum, sic forte audacia nomen meritorium. Fluctuans in ancipiti, Fastorum Imperialium ordini manum apposueram, cum Roma degens Aprili 1679. D. D. Abbatis Raphaelis Fabretti, ac Francisci Camelli insigniam eruditione, totoq; Orbe notorum Virorum consilium exquisiui, qui ea qua solent humanitate opus aggredi viriliter Gloria argumentis suaserunt, difficultatem fassi, eam studio, & tempore vinci posse affirmarunt: serid hic meditari opus incipi, paucosq; post dies reuersus in Patriam Fastis Imperialibus consummati innotuit Orobri eiusdem Anni manum operi admoeco, Oeconis Numismatibus singulis exscriptis, iisdem sedes secundum Chronologiae regulas assigno, ea cum Musei nostri Numismatibus primo loco consero, addenda addo, subinde tam ex Auctoribus Oeconem subsequutus, quam ex Amicorum scriptis, ac scrinijs augmentum aperi quero, excrescit hoc, & in immanem conjungit molem, hinc bipartendum necessarid existimo, & ut Libri deformitas tolleretur, & ob Argumenti Latinorum, a Graecis diuersitatem; Latina enim Numismata, vel circa Chronologiam, Fastosque, vel circa gesta Imperatorum versantur, Graeca vero, & Colonialium, solam respiciunt antiquam Geographiam, paucaque Graeca Annos Imperij designant, non caractere historico, sed uida litterali nota, unde argumenti diuersitas, operis etiam monebat partitionem. Accedebant Clarissimi, & in re antiquaria praestantissimi Ioannis Vaillantij promissa, quibus totus eruditus Orbis fidens, breui Colonialium, & Graeca Numismata eiusdem laboribus sperat illustrata videre; nec D. Equitis Patini probati labores, & ditissima Inscriptionum Graecorum Nummorum panus, quam publici iuris facere parat, aliud suadebant, quam operis diuisionem, post enim emissa vel Vaillantij, vel Patini opera frustra laborassem, horum enim messorum manus nulla effugissent spica; Hinc decreui opus bipartire, primo volumine Latinis, altero Colonialium, & Graecis Nummis assignato; Sed cum Serenissimus, Clementissimusq; Princeps Magnus Dux COSIMVS III. Hetruriae feliciter Imperans Colonialium Nummos nuper ex Hispania receptos describi a Reuerendissimo P. Noris, mihiq; cum alijs transmitti benigniter indulserit, Talentum a tanto Principe acceptum in Terram fodere nolui, sed publici iuris facere statim decreui, hincq; Colonialium Nummos Latinis subtexui, tantoque libentis hoc peregi, quod nos volumen eorum accessione deformaretur, & Lector ordinem, quem in Graecis digerendis secutus sum ex ordine Colonialium poteris agnoscere. Ne vero eorum vultus desiderares, quorum gesta ex Nummis noscebas, curui a perito Artifice Simone Darello singulorum Impp. Augustorum, & Tyrannorum ora ex Nummis petita in ea incidi, diligentia, ut videre est, satis exquisita, quo & opus exornatum est, & curiositati plerorumque factum satis; & quia cunctorum Augustorum memoria Latinis Nummis consignata non fuit, ne opus ex parte mutilum videretur, necessarid Graecis Nummis Latinorum defectum supplere statui, sicque ubi Latinos non inueni, Nummos Graecos reposui, ut interim dum Graecorum volumen ad iustam consummationem perueniet (quod biennio Deo dante futurum spero) his fruare amice, ac erudite Lector.

Quo vero ad Chronologiam, & Fastos attinet, scio plurimum censuram effugere non posse, cum pluries a receptis Panuinij Fastorum Patris, Golzj, Eminentissimiq; Cardinalis Baronij, caterorumque recesserim placitis, sed rogo, atque obsecro a censura tantisper supersedeant, opere enim peculiari, quod breui missurum spondeo, Antiquos omnes Fastos Nummorum, & Inscriptionum fultus testimonio, auxilioque Eruditissimi P. Noris restituere tentabo; interim sciant me Fastos ad fidem Nummorum accommodare, non Nummas ad fidem Fastorum debuisse.

+

stel-



Stellulis additamenta adnotauimus, ut facilius, quid in hac editione actum sit apparet, Aucto-  
rumque nomina appojuimus, ut & fides dictis conciliaretur, & si quid ab his peccatum in descriptione  
Nummorum, mihi non imputaretur. Singulis Annis character Historicum ex probatissimis Auctoribus  
audiuimus, & ut facilius Historicorum placita Nummorum testimonio firmari possent, & ut sic enucleata  
Historia Lectorum animis facilitate ad se pertraheret. Et quia sudante praeulo plura ab Amicis accepti,  
quae suo loco reponere iam impossibile erat, Addendorum Catalogum statim sub finem operis subtexui,  
ne pretiosorum aliquot Cimeliorum memoria excideret. Indicibus quinque labore Herculeo compactis  
opus ornauimus, ut facilitate manucente cresceret Antiquitatis studium. Indicem Imp. nomina Alphabetico  
ordine referentem operi praeposui. Postposui verò primo loco Indicem Partium aduersarum, in quo dige-  
rendo ut nulla necessaria omisi. Sic Aduersarum partium Inscriptiones, quibus soli Magistratus descri-  
buntur, puta IMP. VI. COS. III. &c. P. M. TR. P. COS. &c. praeterij, ea enim ex Inscriptionibus  
Magistratuum Augustorum, singulis annis praepositis, petenda sunt, cum ex his pateat quo anno quis TR. P.  
inceperit, continuauerit, vel consumauerit, ut & sic de ceteris Magistratibus. Hunc subsequitur Index,  
quo secundum ordinem Alphabeticum Familiarum, illustrium Virorum nomina in Nummorum aduersis  
partibus occurrentia digeruntur, cui succedit Coloniarum, & Municipiarum toto opere descriptorum Index,  
extremumque locum claudit Index tum Auctorum, quam Musaeorum Eruditorum, Illustriumque item  
Amicorum, quibus iuuantibus operi supplementum paratum est. Venio nunc ad scopulum, in quem omnis  
impingit librorum nauis, errores dico, quorum numerus certe non exiguus, sed si spectes & molem operis,  
& Argumentum paucis cognitum Mediolani, ubi impressio processit, ex quo mihi necessario corrigendi  
onus incubuit, fateberis venia aliqua dignum hominem, qui & primatis negotiis alligatus, & operi dige-  
rendo, & pluribus rebus necessario intentus, Typographica errata omnia non animaduertit, quaedamque  
scripsit, quae correctionem merentur; hinc aequam opus inuisas erratarum tabulam ex recensione Erudi-  
tissimi, Reuerendissimique P. Noris, adeas quae, ut ea manucente ad illud securus accedas.

Et quia contra utilitatem operis scio quosdam sic declamare: quorsum haec? volumine tam amplo  
quid praeter Numismatum descriptiones continentur? cui haec scripta? Antiquariis, quibus Numisma-  
tum delectatione tenentur? hi vel pauci, vel iam satis edocti tuo labore carere poterant, quid cum hoc  
Politici, quid Iudicantes, quid ceteri denique studiosi? Inanis labor, incassum cessurus: ideo eorundem  
obiecta diluturus sic respondeo. Opus meum, argumento, dispositione, sine, cunctis studiosis, non physicè  
necessarium, sed moraliter utile futurum. Antiquarij, quibus Numismatum delectatione tenentur plura ex  
eo excipient, dispositionem, seu seriem Nummorum facilitate quam maxima, duce opere meo peragent,  
ex eo enim, quo Anno ferè singula Numismata caesa sint intelligent, ad quas Victorias, ceteraque gesta sint  
referenda, tam in characteribus Historicis singulorum annorum, quam in notis ad pleraque Numismata  
ex Historicis petitis, inuenient. Chronologi exactam Annorum Immortalis P. Rhis, & Dionysiana Epochae  
comparationem, Imperatorum Epochas, Consuluum nomina (inter quae plura restituta) Magistratus Au-  
gustas suo loco repositas offendere, Politici ex notione ante aetorum ab Augustis (quae omnia Nummis  
consignata inuenient) monita agendorum ab exemplis accipient, quibus loco, & tempore cum fructu  
utantur. Iudicantes ipsimet quid non inuenient? primò Augustorum, qui legibus subscribere nultus  
poscent, Annum subscriptionis ex Consuluum nominibus colligent, ordinem, seriemque ipsorum accipient,  
quod maxime necessariam monuit eruditissimus J. C. Dyonisius Gothofredus, qui dum leges Cod. Theoda-  
siani illustrauit ante omnia Chronologicam dispositionem ut apprime necessariam suo operi praetexuit,  
Historicis, tam Sacris, quam Profanis, Pictoribus, Poetis, Philologisque ceteris quid non conferret hoc  
opus? Notitiam Historia adamussim enucleata, temporum seriem exactè expansam, Gesta Augustorum  
bona fide, certisque testibus enarrata, eorundem ora ex nummis Synchronis testibus genuinè relata, omnisq;  
denique Antiquitatis, Deorum, Dearumque, Magistratuum tam Ciuilium, & Religiosorum, quam Mili-  
tariarum, Dignitatum, Instrumentorum, Armorum notitiam, Deorum, Heroum, & Virtutum Iconologiam,  
Vestiumque formam, & cetera descripta inuenient. Sexus denique ut pulchritudine excellens, sic fragi-  
litate alexipharmacis maxime indigens, ibidem Pudicitiam, Concordiam, Facunditatem, ceterasque  
femineas dotes Augustabus in Nummis oblatas offendere, quibus innatus virtutis amor augeatur, exem-  
plisq; virtus firmetur. Aduersariorum obiectis sublatis, duo sunt quae à te petam candidè, & eruditè  
Lector, primum ut erratis ignoscas, meque melioribus erudias, alterum ut studia nostra iuues, tam in con-  
cinnando Volumine Graecorum, quam in augendo hoc Latinorum, & Coloniarum, ad me transmittens  
quotquot nancisci poteris descriptiones Nummorum tam Graecorum, quam Latinorum, & Coloniarum  
praesenti volumine non descriptorum, spandeo enim cum Graecorum volumine, Auctary nomine publica  
iuris facturum quidquid, vel ex Latinis, vel ex Colnariarum Nummis operi meo tua benignitate accedes.  
Interim vale, & faue.



INDEX



# INDEX

## ERRORVM CORRIGENDORVM.



- pag. 2. lin. 8. Pulcra, lege Pulcro.
- pag. 4. A. V. C. 706. Cæsar iterum in Africam traiecit, lege Cæsar in Africam traiecit, Pacem cum Pompeio facit. lege Pacem cum Pompeio tentat.
- pag. 5. A. V. C. 708. Quam hoc anno gessisse probabile est, lege certum est. Cussisse, lege cussisse, VI. Vir Epulonum. lege VII. Vir Epulonum.
- Nummo ultimo. A. HIRTIVS PR. Male explicans PR. cum ad Praefectos retuli, nam Hirtius hoc anno non Praefectus Urbis, sed Praetor fuit, unde ad Praeturam eiusdem referendus Nummus.
- pag. 6. A. V. C. 710. Kal. Martij. lege Idibus Martij.
- pag. 7. lin. 47. III. VIR. lege IIII. VIR.
- pag. 8. Phœnicæ. lege Phœnicæ, Suetoni 31. lege Patin. Suetonio f. 31, Responsum daret. lege responsa daret.
- pag. 9. lin. 6.
- pag. 12. in Coss. A. V. C. 714. Domitius Caluinius, Afinius Pollo, lege Domitius Caluinius, Afinius Pollio, eodem anno. Triuiratu abdicare, lege Triuiratu se abdicare.
- A. V. C. 740. Nummum Paulli Porcius refectionem indicantem, ad Lepidum P. M. retuli, quod mendose factum docet me Reuerendissimus P. Noris, dum Cœnotaphiorum Pisano-rum pag. 245. hoc opus nomine M. Aemily Lepidi Cos. A. V. C. 759. & III. Viri Neposis factum, eruditissime demonstrat, quod & Dionis textu firmatur.
- pag. 13. Initio. SEX. POMPEIVS MAGNI F. SEX. NEP. lege MAGNI F. CN. NEP.
- In Vita M. Antony. L. Antonijum Patrum proscriptit. lege L. Cæsa'rem Avunculum suum proscriptit.
- pag. 14. sub A. V. C. 707. M. Antonius &c. Imp. dictus est A. V. C. 691. &c. lege Imp. dictus est A. V. C. 710, cum ad Exercitum circa Mutinam profectus est.
- pag. 18. lin. 36. Cudere iussit. lege cudi iussit.
- lin. 39. In eius locum, lege in suum locum.
- pag. 19. lin. 39. Partim vim, lege Partim vi.
- pag. 22. lin. 2. Sub Augusto usque ferretur. lege ferretur.
- pag. 24. lin. 18. Illustrat nummo. lege nummum.
- lin. antepen. Bogudis Regis. lege Bocchi Regis,
- pag. 33. A. V. C. 733. Nummus in quo cum Inscriptio C. MARIVS PRO III. VIR tria capita Caij, & Lucij Agrippa Filiorum, & Julia Aug. Filia scalpâ visuntur, ad A. V. C. 748. referendus, Coss. A. V. C. 741. sic restituendi sunt. Tl. Claudius Nero, P. Quinctilius Varus.
- pag. 36.
- pag. 41. A. V. C. 760. Cœnotaph. lege Cœnotaph.
- pag. 42. A. V. C. 767. AD. XIII. lege A. D. XIII.
- In Triuiris &c. De Pyrrho Rege. lege De Pyrrho Rege, ibidem, Corinthum. lege Corinthum.
- pag. 44. lin. 72. Expansis Alli. lege expansis alis.
- pag. 46. In Nummis Bibliidis. L. COR. CALDO. lege L. COR. CALIDO,
- In Nummis Caesar-Augusta. TIB. FIANO FABIO GER. M. V. II. VIR. lege TIB. FIANO FABIO GER. II. VIR. L. CASSIO C. VAL. CEN. &c. lege L. CASSIO C. VAL. FEN. II. VIR.
- pag. 47. lin. 1. TIB. CLOD. FIANO, lege TIB. CLOD. FINO.
- In Calaguris Nummis, L. B. BEBI. lege L. BEBI. M. LIC. CAEP. lege M. LIC. CAEP. Q. ANTONI, C. FABI, lege Q. ANTONI. L. FABI.
- In Nummis Carthæia, Cuius Regia fuit, lege quorum Regia fuit.
- pag. 48. In Nummo primo Ehora, Flagellus, Vrecolus &c. lege Flagellum, Vrecolus.
- pag. 49. In Nummo primo illices. MONT. II. VIR. lege MONT. II. VIR. In Nummo secundo, C. C. I. L. A. lege C. C. I. L. A. In Nummo nono Incertorum. Capeduncula, Flagrum, addè seu Aspergillum.
- pag. 50. In Nummis Julia Celsa. C. VI. lege C. V. I.
- pag. 52. In Municip. Turias. Neotericis Tarracona. lege Neotericis Tarazona.
- pag. 53. lin. 22. Animæ in Cælum erant. lege Animæ in Cælis erant.
- pag. 55. A. V. C. 727. M. AGRIPPA L. T. COS. III. &c. lege L. F. COS. III. &c.
- pag. 56. A. V. C. 736. Tribunicias potestatem. lege Tribunitiam potestatem.
- In Vita Julia. Peccandi licentiam metiens. lege Peccandi licentia metiens, ibidem, ubi à Scribonia, lege quo à Scribonia.
- pag. 57. A. V. C. 752. Prim. Iuuent. lege Princ. Iuuent.
- pag. 59. in fine Via Drusi, Pedonis Albinouati. lege Pedonis Albinouati.
- pag. 61. A. V. C. 747. in Anno Redditus Tiberij erraticum, & reponendum pro A. V. C. 752. A. V. C. 755.
- pag. 62. lin. 8. Aquilla. lege Aquila, Et in Coss. 763. sic scribe. C. Iunius Sillanus,
- pag. 63. A. V. C. 766. Duo postrema huius anni Numismata spectant ad annum sequentem, cum tunc cum tum post Augusti mortem Tiberius AVGVSTVS dictus fuerit.
- pag. 69. in secundo Nummo Calaguris. L. FVL. SPAROSO. lege L. FVL. SPARSO, In Cluniaterio Nummo, C. N. POMP. lege CN. POMP. In Incertorum primo. Super Ara, lege super Aram,
- pag. 80. nummo primo. Patin. Sucton. 118. lege Sucton. 218.
- pag. 81. post medium. In procinctu esse dicebantur. lege esse dicebantur.
- pag. 82. in Nerone. Humum primum perfossam. lege primam perfossam.
- lin. antepenultima. Princeps Iuuentutis nomini. lege Principis Iuuentutis nomini,



- pag. 99. *ante finem*. Alia procumbit. lege alia procumbit.
- pag. 101. *nummo secundo*. LIBERTAS XL. S. C. lege LIBERTAS XL. R. S. C.
- pag. 104. dextta. lege dextta.
- pag. 107. *in Vita Vespasiani*. Exprobrauit in Bubulcus. lege exprobrauit ei Bubulcus.
- pag. 118. *in numm. Stobaeus*. Patin. Ind. 80. lege. Ind. 8.
- pag. 119. *in primo nummo Titi*. Romæ missam. lege Romam missam.
- pag. 128. A. V. C. 822. Nil hostilem metuebatur, ad Duces Parthium &c. lege nil hostile metuebatur, ad Duces Parthium &c.
- pag. 131. lin. 15. Nimis sit calor. lege nimij sit calor.
- pag. 132. A. V. C. 835. Aceruus spoliarum. lege Aceruus spoliorum.
- pag. 136. A. V. C. 841. Fecit & Ludos Saeculares &c. quo Claudius proximo, sed quod olim &c. lege Anno quo Claudius proximè, sed quo olim.
- pag. 142. *nummo sexto Iulia*. Figura Galeata &c. lege Figura velata.
- pag. 143. *circa finem in enarratione Conciary Nerua*. Hunc statim post delatum &c. lege hoc statim &c.
- pag. 153. *circa medium*. PIET. Figura stans &c. sinistra Hastam &c. lege Typus Pietatis ad Aram sacrificantis.
- pag. 154. *ad Portum Anconitanum vetuli Nummum cum Inscriptione POR. AVG.*, sed aliter Inscriptio huius Portus suadet, in ea enim Traianus T. R. P. XVIII. signatur, unde ad A. V. C. 869. Portus huius constructio referenda, Nummusque testis Portus propè Centum Cellas à Traiano adificati esse videtur.
- pag. 160. lin. ultima. DIVVS PATER RTAIAN. lege TRAIAN.
- pag. 162. A. V. C. 869. Nisibi, & Seleucia receptus. lege receptis.
- pag. 166. *in Matiaia*. Vide quæ his copiose disputat. lege quæ is copiose &c.
- pag. 167. *in Hadriano lin. 6*. Quos & initio Principatus. lege quas & initio Principatus.
- pag. 168. *post medium*. Congiarium primum distribuit, hunc verò. lege hoc verò &c.
- pag. 170. *ante medium*. Reliqua vetera à Traiano. lege ab Hadriano &c.
- pag. 189. *Inscriptione Gruteriana*. PROCOS. XV. III. VIR. lege PROCOS. XV. VIR.
- pag. 201. *in nummo penultimo A. V. C. 904*. Alia foemina. lege alia foeminea.
- pag. 208. lin. 5. Duæ lunculae. lege duæ lunculae.
- pag. 222. Trunco Palmæ imposito quem sustinet. lege quod sustinet.
- pag. 226. A. V. C. 930. Aceruus spoliarum. lege spoliorum.
- pag. 227. lin. 3. Eadem alligata. lege eidem alligata.
- pag. 232. lin. 8. Bigæ Elephantorum, in qua sedet. lege in quibus sedet.
- pag. 233. *Coss. A. V. C. 928*. M. Saluius Iulianus. lege Iulianus.
- pag. 240. *Ad Annum V. C. 919. spectant nummi omnes sequenti folio cuscum Veri, & Commodi Casarum imaginibus, & ab Anno V. C. 925. eradenda nota*. Verus Commodi Frater CÆSAR dicitur.
- pag. 242. A. V. C. 930. Occo scripsit P. M. TR. P. II., quod & retinui, sed debet omnino reponi PONT. nam P. M. non erat hoc TR. P. anno Commodus.
- pag. 243. A. V. C. 932. Coss. T. Annius Verus. lege T. Annius Verus II.
- pag. 245. A. V. C. 934. Figuræ muliebris stantis. lege Figuræ muliebris stanti.
- pag. 248. *in Coss. A. V. C. 937*. L. Eggius Marcellus. lege Marcellus.
- pag. 249. *circa medium*. Aliud Clypeum. lege alium Clypeum.
- pag. 254. A. V. C. 943. Cybele sacrificat. lege Cybeli sacrificat.
- pag. 267. *in Vita Seueri*. Promptum excogitandis. lege promptus excogitandis.
- pag. 271. A. V. C. 950. XII. Kal. Martij. lege XI. Kal. Martij.
- pag. 273. A. V. C. 953. Depictas in tabulis pugnae. lege depictas in tabulis pugnas.
- pag. 276. lin. 6. *ante finem*. Ad formam Cereis initorum. lege ad formam Cereis initorum.
- pag. 287. *in ultimo nummo A. V. C. 955*. ANN. AVG. lege ANN. AVGG.
- lin. 6. *ante finem*. Aliz stans circa Aram. lege aliz stant &c.
- pag. 290. A. V. C. 953. *in ultima nummi explanatione*. Fortè Congiarium Militibus &c. repono, fortè donatum Militibus.
- pag. 293. *in medio*. Securiuati. lege Securitatis.
- pag. 295. *in Coss. A. V. C. 970*. C. Brutius Præfens. lege Bruttius Præfens.
- pag. 296. lin. 5. *ante finem*. Cælosyria. lege Cæle Syria.
- pag. 298. *in Vita Geta lin. 6*. Vtriusque consentientibus. repono utroque consentiente.
- pag. 299. A. V. C. 953. Ctesiphontis. lege Ctesipho.
- pag. 301. *circa medium Inscriptio Princ. Iulient. Col. Def. II. pertinet ad Annum V. C. 960*.
- pag. 304. lin. 7. Hoc anno distributas. lege hoc anno distributam.
- pag. 305. A. V. C. 970. Coss. Brutius Præfens... Extricatus. repono C. Bruttius Præfens. T. Messius Extricatus.
- pag. 307. lin. 11. Aurigante Imperatore à Victoria &c. lege Imperatore, qui à Victoria &c.
- In Municipio Fanestri. Ad hunc Municipium. lege ad hoc Municipium.
- pag. 309. A. V. C. 971. Ad Victoriæ à Macrino reportatam. lege ex Macrino reportatam.
- pag. 321. *circa medium*. Aliud Globum. lege alium Globum.
- pag. 324. A. V. C. 986. *in Coss.* Ovinus Paternus. lege Ovinus Paternus.
- pag. 325. A. V. C. 988. *in ultimo nummo*. Dextra portensa. lege protensa.
- pag. 327. *in Orbiana*. CONCORDIA AVG. lege CONCORDIA AVGG.
- pag. 328. *in vita Maximini*. iuxta Aquileam. lege iuxta Aquileiam.
- pag. 329. *Coss. A. V. C. 976. sic restituendi*. L. Marius Maximus II. Papirius Elianus.
- pag. 330. *in nummis Coloniarum Incertis*. HIN. C. L. AN. lege HIN. C. L. AV.
- pag. 331. *in Vita Gordiani lin. 6*. Statutam eius. lege staturam eius.
- pag. 331. A. V. C. 990. *in Coss.* Iulius Sillanus. lege Iunius Sillanus.
- pag. 332. lin. 4. *Vita Gordiani*. Eumque cædit &c. lege eumque cecidit.
- In Coss. Iulius Sillanus. lege Iunius Sillanus.
- Nummo penultimo. VICTORIA AVG. lege VICTORIA AVGG. & pag. 142. lege 141.
- pag. 333. lin. 2. Sinistra tenet Scipionem. lege dextra tenet.
- pag. 334. *in Pupieno*. Nominibus concessi. lege nominibus concessis.
- pag. 346. lin. 13. Ibis. lege Ibis.
- pag. 346. lin. 12. *ante finem*. Rhinoceros. lege Rhinoceros.



- pag. 347. Damascum. lege Damascus.  
 ibidem. Orientis oculum. lege oculus.  
 pag. 351. A. V. C. 1002. Anconit. lege Anconia.  
 pag. 355. A. V. C. 1003. In Mæssa proficiscitur. lege In Mæssiam proficiscitur.  
 pag. 356. A. V. C. 1003. Princeps Iuuentutis dicit. lege dicitur.  
 pag. 357. in nummo ultimo Hostiliani ex Museo Bensiliolo. IMP. CAE. C. &c. lege IMP. CAES. &c.  
 ibid. in Lucij Prisci Vita. Ad Antoninum. lege ad Antonianum.  
 ibidem. Quem constituit Romæ. lege quam constitui Romæ.  
 ibid. in Nummo Perponna. IMP. CAES. M. AVG. lege M. AVF.  
 pag. 364. in nummo Col. Damasci. COLONIA METRO. lege COLONIA... MVTRO. &c.  
 pag. 370. Nummi Tertius, & Quintus Gallieni Anno sequenti reponi debent, cum in 95 Consul scribatur  
 Gallienus, qui prima tantum Consul processit A. V. C. 1007.  
 pag. 375. in Textu Pollionis circa medium. Audium præterea sonitu. lege Audium præterea Tonitruum.  
 pag. 376. nummo primo A. V. C. 1017. Epigraphæ. lege Epigraphes.  
 pag. 382. ultima linea. cognomine signetur. lege signentur. & aole punctum sequens, reposita virgula.  
 pag. 383. A. V. C. 1020. Christi 267. in Valeriano Iun. reponi in margine A. V. C. 1019. Christi 266.  
 pag. 384. in Coss. A. V. C. 1011. lege Memmius Tuscus.  
 In Vita Odenati. Concubinas cepit. Quietum interfecit. lege tantum Concubinas cepit.  
 pag. 385. in Vita Zenobia. Zenobia quæ se Cleopatrarum &c. lege quæ Cleopatrarum.  
 In Vita Heroniani. Aut mortem naturali. lege aut mortem naturali.  
 pag. 386. in Coss. A. V. C. 1011. lege Memmius Tuscus.  
 pag. 387. in Coss. 1013. lege Iunius Donatus.  
 In nummis Valeri Valentis. AVT. K. ΠΟΑ. lege AVT. K. POV.  
 pag. 388. in Macriano Patre Coss. A. V. C. 1015. sic restituenendi. Gallienus Aug. V. Petronius Faustinus.  
 pag. 395. in fine. TR. P. eius nummus scalpæ &c. lege eius nummis scalpæ.  
 ibid. Quos ab eruditissimo. lege quæ ab eruditissimo.  
 pag. 397. in Vita Victorius. Exseueritati militari. lege seueritate militari.  
 pag. 412. in Vita Probi lin. 11. Aureliani, & Taciti &c. lege In Aureliani &c.  
 ibid. 70. Vrbes captiuitate hostium vindicauit. lege 70. Vrbes à captiuitate &c.  
 pag. 413. in enarratione Victoria Germanica Probi. De qua fufius Auctor. lege De quo fufius Auctor.  
 pag. 421. A. V. C. 1038. Ad Murgum cum Diocletiano. lege ad Murgum cum Diocletiano.  
 pag. 424. A. V. C. 1039. Maximianus Aug. dicitur. lege Aug. dictus in Amandum &c.  
 pag. 425. A. V. C. 1040. In Curru stans Imp. lege In Curru stant Imp.  
 pag. 428. lin. prima. Diocletianus TR. P. XXI. Cos. VIII. Imp. X. lege Cos. VIII. &c.  
 ibid. lin. ultima. Potitum fuisse. lege potitam.  
 pag. 430. in Vita Maximiani. A Constantio statim. lege à Constantino statim.  
 pag. 449. in Maxentio. TR. P. suscepta A. D. VII. Kal. Octobris. lege A. D. VI. Kal. Nouembris.  
 pag. 450. A. V. C. 1063. Dissidia inter Maximinum, & Maxentium, reponi Fœdus contra Constantinum inter  
 Maximinum, & Maxentium feritur.  
 pag. 451. A. V. C. 1065. Palude absorptus est. lege Tyberi absorptus est.  
 pag. 455. A. V. C. 1069. Eruditissima Difertatione illustrauit, quam videre opere pretium est. lege eruditissima  
 Difertatione illustrauit, quam videre opere pretium est.  
 pag. 456. A. V. C. 1075. A Constantino Magno inditum. lege indictum.  
 pag. 459. A. V. C. 1060. Constantius Cæs. TR. P. lege Constantinus Cæs. &c.  
 pag. 467. A. V. C. 1084. Imp. VIII. lege Imp. XXII.  
 pag. 469. in Vita Fausta. Scelere Nurus filio detegente. lege scelera Nurus.  
 pag. 483. A. V. C. 1105. Scissiam. lege Scissiam, ut & sequenti folio in Decentio.  
 pag. 486. in Petronianis Vita. Ciuille. lege Ciuille.  
 pag. 491. lin. 4. Barbaros prostrat. lege Barbaros prosternit.  
 pag. 495. lin. 2. In Vxore Sorore Constantia. lege in Vxorem Sorore Constantia.  
 pag. 503. lin. ultima. in Hiberna. lege in Hyberna. ut & pag. 507. lin. 4.  
 pag. 514. A. V. C. 1136. A. D. VII. Kal. Septembris. lege A. D. VIII. Kal. Septembris.  
 pag. 515. lin. prima. Galijs. lege Gallijs.  
 pag. 517. A. V. C. 1134. Teruungi. lege Teruungi.  
 ibid. A. V. C. 1137. Legato de Pace missi. lege Legatos de pace mittunt.  
 pag. 518. A. V. C. 1142. in Coss. Fl. Timatius. lege Fl. Timasius.  
 A. V. C. 1143. Cum lacrimis. lege cum lacrymis.  
 pag. 520. in Vita Galla Placidia. Cunclaretque Theodosius. lege cunctareturque Theodosius.  
 pag. 524. A. V. C. 1161. A. D. Kal. Martij. lege A. D. Kal. Maij.  
 ibid. in Eudoxia. Quem & Augustinm. lege quam & Augustam.  
 pag. 527. A. V. C. 1161. In Italiam reddit. lege redit.  
 pag. 528. A. V. C. 1163. Pace cum Alarico firmat. Honorius &c. lege Pacem cum Alarico firmat Honorius, &c.  
 A. V. C. 1168. In Hispaniam expellit. lege in Hispaniam pellit.  
 A. V. C. 1169. & Placidiam Vxorem spondet. lege & Placidia Vxor spondetur.  
 pag. 529. in Vita Constantini. Arelate inde se recipit. lege Arelatem &c.  
 ibid. Veronam vsque progredit. lege progreditur.  
 pag. 530. in Constantis Vita. Rursus ibidem missus. lege rursus illuc missus.  
 pag. 532. in Vita Theodosij. Consobrinum suum ex Constantino. lege Consobrinum suum, ex Constantio.  
 pag. 537. A. V. C. 1137. Ardabarus. lege Ardaburus.  
 pag. 538. A. V. C. 1179. Nomine Valentiniuni. lege Valentiniuni.  
 A. V. C. 1183. Britania Pictis &c. lege Britanni à Pictis, & Scotis vexati, à Legione Romana defenduntur.  
 pag. 540. A. V. C. 1199. Britanniam diripiunt. lege diripiunt.  
 pag. 541. in Vita Iustæ Grata. Constantinopoli Theodosio. lege Constantinopolim  
 pag. 542. in Vita Attila. Processum inuadit. lege possessam inuadit.  
 ibid. Quadis, Sæuibusque subactis. lege Sæuisque subactis.  
 In Vita Marciani lin. ultima. Dedit perhibetur. lege dedisse perhibetur.  
 pag. 543. A. V. C. 1210. Hoc anno A. D. VI. Kal. Martias. lege A. D. VII. Kal. Februarias.  
 pag. 544. in Auiti Vita, pag. 545. & A. V. C. 1217. pag. 548. lin. 3. & A. V. C. 1215. pro Ricimets lege Ricimete.

✦✦

pag.

- pag. 547. *A. V. C.* 1210. Ora tuetur. lege oram tuetur.
- pag. 548. *A. V. C.* 1214. in *Maoriano*. A. D. VIII. Id. Aug. lege A. D. VII. Id. Aug.
- pag. 549. *A. V. C.* 1224. Inimicitia oritur. lege Inimicitia oritur.
- pag. 550. *lin. ultima*. Morum non bellici studiosus. lege morum non belli studiosus.
- pag. 551. *lin. 5.* Moxitur. lege moritur.
- pag. 552. *A. V. C.* 1242. Bulgatorum. lege Bulgarorum.
- pag. 552. *lin. 2.* Tonitus fugiebat. lege attonitus fugiebat.
- pag. 556. *A. V. C.* 1254. Rege bellatur. lege Regebollat.
- pag. 557. *A. V. C.* 1270. *Coff. huius annis. ex Diviso, & observationis P. Pagij sic scribendi.*  
 Fl. Anastasius Paulus Probus Sabinianus.  
 Fl. Agapitus.
- In Vita Theodorici*. Regi Vandacorum. lege Vandalorum.
- pag. 560. *in nummo Hilderici*. HILDERICVS REX. lege HILDERIX REX. *In eius Epocha Reuerendissimus P. Noris Histor. Pelagian. Cap. 21. lib. 2. probat Hildericum Thrasamundo successisse A. V. C. 1276., alij vero Anno sequenti, ut scripsi & ego.*
- pag. 561. *in Vita Iustitiani*. Gilimerem cepit. lege Gilimerem cepit.
- pag. 562. *A. V. C.* 1228. repono Anno Christi 534. & loco Theodabati. lege Theodahati.
- pag. 565. *A. V. C.* 1299. & 1301. *in Actis Historicis, ubi legitur Iustinianus. reponi debet Belisarius.*
- pag. 567. *in Vita Vitiges*. Mox receditur Ariminum. lege mox recedens Ariminum obsidet.  
*ibid.* Ad Mediolanum recipiendum mittit, qui eum capit. lege ad Mediolanum recipiendam mittitur, qui eam capit.
- pag. 568. *in Torila Vita*. Aruximum. lege Auxumium.  
*In ultimi nummi eiusdem explicatione*. Nemo ignoratur. lege nemo ignorat.  
*ibid.* Inter priuatas parietes. lege inter priuatos parietes.
- pag. 569. *in Vita Teia*. Cum se Cumis conferret. lege Cumas conferret.  
*In Vita Theodeberti*. Beitarij literis. lege Belisarij literis.  
 Loca quaedam Liguriæ, ac Venetiæ. lege Venetiarum.
- In Vita Iustini Jun.* Ex Filio Nepos. lege ex Sorore Nepos.  
 A. D. Id. Nouembris. lege A. D. XVIII. Kal. Decembris.
- pag. 576. *A. V. C.* 1336. Consulem scripsi Ti. Mauric. Aug. sine Collega, sed ex *Chronico Alexandrino Annus hic Coff. carus, diffususque est Post Conf. Diuinæ Memoriz Tiberij Constantini Anno III., unde Consulatus primus Mauriti in Annum sequentem reiciendus est, Annis que sequens usque ad A. V. C. 1345. Annus I. in P. C. minuendus.*
- pag. 622. *in enarratione Indicis Polatij lege nulli sumptui parceret.*  
*In Elogio I. C. Bon lege plura daturus.*

Die 5. Ianuarij 1682.

**D**E mandato Reuerendissimi Patris Fratris Sixti Cerchij Sacræ Theologiæ Magistri, ac Inquisitoris Generalis Status, & Dominij Mediolani Adm. R. D. Nicolaus de Rubinus Doc. V. L., nec non Ambrosianæ Bibliothecæ Bibliothecarius videat, & in scriptis referat.

*Fr. Angelus Maria Battianus Lector, & S. Officij Mediolani Notarius.*

**D**E mandato Reuerendissimi Patris, & Domini mei Fratris Sixti Cerchij Inquisitoris Generalis Status, & Dominij Mediolani de verbo ad verbum perlegi Librum, cui titulus IMPERATORVM ROMANORVM NVMISMATA &c. ab Illustrissimo Domino, & Patrono Geo D. Comite Francisco Mediobarbo Birago &c. compositum: quem reperi Authore dignum suo, nam præterquam nihil continet Fidei Orthodoxæ contrarium, bonisq; moribus repugnans, est plenus eruditionis, atque doctrinæ: Quapropter dignum censeo, qui in lucem communi literatorum bono edatur, si tamen ita videbitur Reuerendissimo Domino meo Patri Inquisitori Generali, cæterisq; ad quos pertinet: In quorum fidem hac die duodecima Maij anni 1682.

*Nicolaus Rubinus S. T. D., & Congregationis Oblatorum S. Sepulchri Mediolani Præpositus Generalis.*

*Attenta præfata attestatione*

**I M P R I M A T V R.**

*F. Sixtus Cerchius Inquisitor Generalis Status Mediolani.*

*Iacobus Satta Canonicus Imperialis Basilicæ Sancti Ambrosij pro Eminentissimo D.*

*D Cardinali Vicecomite Archiepiscopo.*

*Franciscus Arbona pro Excellentissimo Senatu.*

INDEX









# IMPERATORVM ROMANORVM NUMISMATA A POMPEIO MAGNO AD HERACLIVM.



**P**OMPEIVS Romæ, Patre Strabone nascitur, cum iuuenili floreret ætate, extemplo mores, & vèrendi, & regij eluxere. Anno ætatis xxiiii., necdum in Senatum admiffus, *Imp. appellatus est*. Cinna etenim à militibus cæso, in Picenum se contulit, tribusque legionibus conscriptis, & tribus Marianis Ducibus fugatis, L. Sullæ se se coniunxit, à quo *Imperatoris* Nomine salutatus est. Insequente anno à Sulla primùm in Siciliam, aduersus Perpenam, & Carbonem, mox in Africam, aduersus Domitium mittitur, proffigatis hostibus, & occisis, inter Reges iudicat, tanquam arbiter. Post reditum ex Africa *Magnus* à Sulla appellatus est, indè Proconsul in Iberiam aduersus Sertorium mittitur. Is tribus fuit Triumphis, Belli Africani contra Hiarbam, Hispanici contra Sertorium, Pontici contra Mithridatem. Anno ætatis xxiiii. *Magni* nomen à Sulla adeptus est, eoque vel inuito, vel renitente de Africa triumphauit, quamuis, nec Consul, nec Prætor, nec Senator esset per ætatem. Plutarchus tamen testatur eum, per ætatem, in Senatum legi potuisse, sed honorificentius sibi futurum duxisse, si primus ex Equitibus Romanis triumphasset. De eo vide plura apud *Plutarchum in Pompeio, & Plin. lib. 7. cap. 26.*

CN. POMPEIVS MAGNVS CN. F. S. N. *Primus Eques Romanus de Africa triumphauit,*

COSS. *M. Tullius Decula. Cn. Cornelius Dolabella.*

*Ar.* CN. MAGN. IMP. Quadrigæ Triumphales.  
ROMA. Caput Romæ Galeatum.  
X ROMA. Caput Romæ, vt superiùs.

*A.V.C. 673.  
Ante Christi-  
stum 80.*

POMPEIVS MAGNVS PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. ex S. C.

COSS. *C. Calpurnius Piso. M. Asilius Glabrio.*

Instantibus Piratis P. R. Prouincias, & Mariæ, Gabinius Pompeio amicus Auctor fuit S. C., quo sub titulo, PRÆF. CLASS. ET ORÆ MARIT. cum ProConsulari Imperio Bellum Piraticum Pompeio commissum est, eiusdem Imperio in P. R. Classes, Mariæ omnia, itemque litora quingentorum stadiorum spatio prorogato.

*A.V.C. 687.  
Ante Christi-  
stum 66.*

*Ar.* M. PIVS IMP. ITER. Caput Pompei, cum lituo, & simpulo.

PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Vir nudus, dextro pede rostro Nautis insidens, dextera aplustre tenens, vtrinque Amphinomis cum fratre parentem vtrumque, ex Ætnæ Incendio illæsum efferentes.

*Pietatis cypus est, & alludit nummus hic ad nomen Magni Pij, Valer. Max. lib. 5. Cap. 4. Notiora sunt fratrum paria, Cleobis, & Biton, Amphinomis, & Anapas, illi, quod ad sacra Iunonis peragenda, Matrem vexerunt, hi quod Patrem, & Matrem, humeris per medios ignes Ætnæ portarunt.*

\* MAGN. PIVS IMP. ITER. Caput Pompei.

\* PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Cneij, & Sexti Pompeiorum Capita aduersa cum lituo, & simpulo. *Gorleus f. 65.*

*Lituo auguratus proprium signum, erat Baculus sine nodo à summo inflexus, hunc in parte, qua robustior est, Augur manuenebat, eoque Cali regiones, describebat, designabatque metas, intra quas se obseruaturum signa constituerat.*

*Simpulum, vas paruum, non dissimile Cyatho, quo vinum in sacrificijs libabatur.*

*Ar.* MAGNVS IMP. ITER. Caput Neptuni, cum Tridente.

PRÆF. CLASS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Trophæum nauale.

*Neptunus Saturni, Opsque filius, cui maritimum cessit Imperium in diuisione cum Ione, ac Plu-*

1018

- rono fratribus facta. Tridente pro sceptro utitur, ut potestatem quam habet tollendi, placandi, seruandique equoris ostendat. *Natal. Com. Mythol. lib. 3.*
- MAGNVS PIVS IMP. ITER. Columna cum Neptuno, sinistro pede rostrum Nauis calcante, infra quem Triremis, Fuscina, signum legionarium,
- PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Scyllæ Typus, ambabus manibus Temonem nauis eleuantis. Scyllam egregiè describit Virgilius sic,
- Candida succinctam, latrantibus inguina monstris,  
Prima hominis facies, & pulchra pectore Virgo  
Pubè tenus, postrema immani corpore Piscis  
Delphinum caudas, utero commissa luporum.*
- M. PIVS IMP. ITER. Caput Pompei cum lituo, & simpulo.
- PRÆF. CLASS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Vir nudus, dextro pede rostrum Nauis calcans, dextra aplustre tenens, utrinque Amphinomus, cum fratre, parentes ex Aetnæ incendio illæsoſ efferentes,
- \* IMP. ITER. Caput Neptuni cum Tridente,  
IMP. TER. Trophæum Nauale *M. N.*
- \* NEPTVNI Caput Pompei M. cum Tridente, & Delphino.
- Q. NASIDIVS. Quatuor Triremes, aliæ contra alias inuicem dispositæ. *Patin. famil. Nasidi n. 2.*  
*Nasidi huius meminit Cicero Philipp. 7. & Caesar 2. de bello civili scribit. L. Nasidius cum classe sexdecim Nauium à Cn. Pompeio, L. Domitio, Massiliensibusque subsidio missus est. Errone librariorum præ nomen Nasidii, ex Q. in L. mutatum, restituerunt Nummi hi, quibus sub Neptuni specie, caput Magni Pompei signatum eruditissimis probauit argumentis, Illustrissimus olim, eruditissimusque Petrus Seguinus in Epistolis, ubi nummum hunc explicat, profunda ut solet eruditione.*
- \* MAGNVS PIVS IMP. ITER. Caput Neptuni, cum Tridente.  
PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Scyllæ Typus, ut superior *M. N.*
- Ar.* MAG. Caput Iani spicatum,  
PIVS IMP. Prora Nauis,  
*Ianus, siue Genius, siue Rex fuerit, dicitur serum, & siluestrem cultum in urbanum, civilemque mutasse, Biceps pingitur, quia, & præterita sciuit, & futura præuidit.*
- MAGNVS PIVS IMP. Duo capita spicata, vel Iani caput,  
EPIVS dimidiata Nauis *M. N.*  
*M. Eppius equestris ordinis homo, vigilans, & industrius à Cicerone vocatur Epist. 13. ad Atticum, Scipionis in Africa legatum fuisse, Nummus alius ostendit. Hic vero ante Pompei legatum, vel in Nauali aliqua expeditione Pompeianarum partium Ducem nos docet.*
- MAGNVS IMP. ITER. Caput Pompei spicatum, cum Gutto, & Acrotirio.  
PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Victoria insitens Naui cum monstro illo, quale in argenteis,  
*Guttus idem, ac simpulum, Acrotiria, siue Platei nauales ad ornatum prora, puppisque prominentia. Ex Rosino lib. 10. antiq. Rom.*

POMPEIUS M. PROCOS. Hispaniam obtinet.

COSS. Pompeius Mag. II. M. Licinius Crassus.

*A.P.C. 699.  
Ante Christi-  
sum 54.*

- Ar.* MAGN. PROCOS. Prora Nauis,  
CN. PISO PROQ. Caput Numæ Vittatum, & in Vittæ, NVMA.
- \* CN. MAGNVS IMP. Figura insitens, dextro crure proræ nauis, cui Hispania stolata, dextra palmam portigit, sinistra duo spicula tenet, ad pedes duo scuta.
- M. PUBLICI PROPR. Palladis Imago, *Gorleus fol. 65.*  
*M. Publicius leg. Pro Pratore in Hispania sub Pompeio fuit, de hoc scribit Florus lib. 3., & Appianus in Mithridaticis, ubi Plocius, errore librariorum scribitur, non Publicius. Circa vero Flori, & Appiani Tentus eruditissimè, ut semper Fulsius Ursinus in notis ad hunc denarium familia Poblitia.*
- Ar.* MAGN. PROCOS. Prora Nauis,  
CN. PISO PROQ. Caput Numæ Vittatum, & in vittæ NVMA.
- MAGN. PROCOS. Delphin, hasta pura, Aquila,  
VARRO PROQ. Iouis terminalis caput, aut Hermeæ effigies,  
*M. Terentius Varro, Pompei in Hispania legatus, classibus eiusdem præfuit nauali ab eo Corona donatus. Plinius lib. 7. cap. 30. & lib. 16. cap. 4.*  
*Herma autem effigies, in altera eius nummi parte, obscurum est, quo pertineat, nisi fortè ad M. Varronis imaginem, qua uni uiuenti, in Bibliotheca Pollionis posita fuit; Teste Plinio, virorum enim illustrium imagines Herma figura, inscriptione adiecta solebant indicari.*  
*Ad Pompei porrò Imperium in Hispania indicandum, sceptrum, & Aquila impressa est, & Delphin ad maris Imperium, ex S. C. Bello Piratico eidem concessum.*
- CN. MAGNVS IMP. Caput Pompei,  
M. MINAT. SABIN. PROQ. Pompeius iungens dextram cum muliebri figura; ad cuius pedes scutum, inter Pompeium, & figuram plura scuta, à tergo Pompei dimidiata Nauis,  
*Minatium hunc Pompei in Hispania ProQuestorem, nummus hic solus indicat, silentibus ubique historicis, nam, & ProQ. inscribitur, & Hispania Typus in nummo conspicitur, eumque ideò cum eruditissimo Ursino Pompei in Hispania ProQuest. iudico.*
- \* CN. M. IMP. Caput Pompei.  
\* M. MINAT. SABIN. PROQ. Figura laureata militari habitu iungit dextras cum alia figura non laureata, primam figuram victoria dextra coronat, sinistra Trophæum armorum ferens.  
*Patin. Fam. Minas. n. 2.*
- \* CN. M. IMP. Caput Pompei.  
\* M. MINAT. SABIN. PROQ. Figura genuflexa globum offert aliæ figuræ imperatorio habitu, quæ



# POMPEIUS MAGNVS. 3

quæ globum monstrat figuræ radiatæ, & muliebri habitu dextram ori admouenti. *Patin. ibid. n. 3.*  
**CN. MAGNVS. IMP.** Figura insitens proræ Nauis, cui alia palmam porrigit, vt in aureo.  
**M. POBLI. LEG. PROPR.** Caput Galeatum, vel Palladis, vel Romæ.

*Bellum Civile cum Casare.*

**A. V. C. 706.** Insequente ex **A. D. 13. Kal. Sextilis** Pompeius à Casare ad Pharsalum victus ad Ptolemæum Egypti Regem profugiens, eius dolo, haud ita multo post, nimirum pridie Kal. Octobris, in conspectu vxoris Corneliæ, ad Montem Cassium interfectus, & exiguæ telluris inops tumulatus, ea ipsa die, qua quondam de Mithridate, & Piratis triumphum duxerat, die natalis sui, in cuius triumpho pompa translata fuit ipsius Pompei Imago, è margaritis, non tam luxuriæ argumento, quam non obscuro omine, iam caput illud Orientis opibus, sine reliquo corpore ostentaturum: *Plin. lib. 37. cap. 2.*, cuius res gestæ, atque virtutes, ipsdem, quibus Solis cursus, regionibus, ac terminis continentur; *Cic. in Catil. conur. inuectiua 4. circa finem.*

*Res à Pompeio gesta, Plin. lib. 7. sic describuntur.*

**CN. Pompeius Magnus Imp.** bello XXX. annorum confecto, fufis, fugatis, occisis, in deditionem acceptis, hominum vicies semel centenis LXXXIII. M. depressis, aut captis nauibus DCCCLXVI. oppidis, castellis, MDXXXVIII. in fidem receptis terris à Meoti lacu, ad rubrum mare subactis, votum merito Mineruæ.

Cum oram maritimam à prædonibus liberasset, & Imperium maris populo Romano restituisset, ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythia, Iudæis, Albanis, Iberis, Insula Creta, Bastarnis, & super hæc de Regibus Mithridate, & Tigrane triumphauit. Tandem interfectus **C. Iulio Cæs. ii. & P. Seru. Vacia Laurico** **Coll. V. C. 706.**

*Pompeios Inuenes Asia, atque Europa, sed ipsum Terra tenet Libyes, si tamen vlla tenet.*

## POMPEI VXORES.

### I V L I A.

Cæsar, post Ventidij Triumphum, in Galliam bellico tumultu inquietam profecturus, M. Agrippam cum Imperio, & Exercitu in eandem præmittit. Agrippa Victor Aquitanos imperata facere cogit, & pacata Gallia, rebusq; prosperè gestis Romanorum secundus Rhenum transmisit. Inde bello Siculo cum Sex. Pompeio vniuersæ classis à Cæsare præficitur, qui apud Mylas cum Demochare, & Papiæ Pompei Præfectis congressus, depressis triginta hostium Nauibus, & in his ipsius Papiæ Prætoria, victor remansit. Mylas, & Tyndarida, deiectis Pompeianis, occupauit. Tandem vltimo prælio nauali ad Naulochos fortiter, & strenuè depugnans Pompeium vicit depressis 28. nauibus, cæterisque omnibus, aut fractis, aut corruptis, hostem prostrigauit. Confecto bello Siculo, Cæsar, in quo præ cæteris fideli, & strenua Agrippæ opera vsus fuerat, eundem nouo, & in eum vsque diem inaudito honoris genere, Rostrata, eaq; Aurea ob Victoriæ Naualem Corona, & Vexillo Cæruleo donauit. Inde bello Actiaco eius opera denuò vsus, Methone expugnata deprehensum ibidem Bogudem Mauritaniæ Regem occidit. Triumpho Actiaco Cæsarem comitatus, Corona rostrata insignis, Vexilloque Cæruleo, ob Naualem Victoriæ à Cæsare donatus, inter cæteros Equo sublimi vectus eminebat. Vir moderatus, & prudens, quantum rebus benè gestis, & gloria belli excelebat, tantum honore, & modestia Cæsari cecidisse, & illustri in suum Imperatorem fide, & apud Cives suos meritorum fama contentus fuisse traditur, Augusto honestissima semper suasit, & auctor penè reddendæ Reipublicæ fuisset, honoribus quoque ab illo collatis, non ad suos quæstus, aut voluptates, sed ad ipsius Augusti, & Populi commoditates vsus est. Supremis suis annis confictatus graui pedum morbo cum dolorem perpeti nequirit, vnius Medicorum portentosa scientia, demersis in calidum acetum cturibus, morbi quidem impetum euasit, sed pedum sensu postea caruit. Moritur ætatis anno L. aut alij LI. In Campania anno V. C. 741., quem Augustus tam sua, quam Reipublicæ causa grauissimè indoluit, funusque Romam delatum, ac in Foro propositum laudauit, & cineres in suum Mausoleum condidit. Vnus omnium inter sic genitos felix habitus, etsi felicitatem illam multis ærumnis interpellatam scribit *Plin. lib. 7. vide Paternulum, Senecam, Plin. Plutarchum, Suetonium, & Dipnem.*

M. VIPSANIVS L. F. AGRIPPA COS. DESIGNATVS.

COSS. Claudius Pulcher. Norbanus Flaccus.

AV.C. 716.  
Anno Christi  
sum 37.

- Ar. M. AGRIPPA COS. DES. In medio Nummo.  
IMP. CÆSAR DIVI IULI F. Caput Aug. Iuvenile.  
M. AGRIPPA COS. DESIG. In medio Nummo.  
DIVOS IULIYS. DIVI F. Capita Iulij, & Augusti se respicientia. *Patm. Thes.*  
Ar. M. AGRIPPA COS. DES. In medio Nummo.  
IMP. CÆSAR DIVI IULI F. Caput Aug.  
AGRIPPA COS. DES.  
AVGVSTVS DIVI IULI.

M.

M. AGRIPPA COS. DESIG. In medio Nummo.

- \* IMP. CÆSAR DIVI IVLI F. Caput Aug. *M. N.*
- \* DIVOS IVLIVS. DIVI F. Capita Iul. Cæf. & Aug. se respicientia, *Patin. Fam. Vips.* n. 2.

M. AGRIPPA. In Arca Nummi,

- \* DIVVS IVLIVS. D. F. Capita aduersa Iul. Cæf. & Augusti. *Ex Thes. Maurocena I. C. Bon.*
- Ad. Agrippa Casarea Classis Prefectus A. V. C. 718. Sextum Pompeium bis nauali pralio uicit, ex quo IMP. II. dictus est, & Romano reuersus à Casare Corona Rostrata aurea donatus est, Corona hac figuris Rostrorum nauium compacta erat, etiam nunc in Nummis annis sequentibus referendis conspicitur.*

M. AGRIPPA L. F. COS. IMP. III. PRÆF. CLASS. ET ORÆ MARIT. EX S. C.

COSS. C. Iulius Cæs. Octavianus III. M. Valerius Messalla Corvinus.

*A. V. C. 723. Ante Christum 39.*

*Bello Adriaco Pref. Class. Cæsaris Leucada, Patras, & Corynethum capis, & à Casare, ob Naualem Victoriæ Caruleq. Vexillo donatur.*

*An.* M. AGRIPPA L. F. PRÆF. ORÆ MARIT. ET CLASS. Caput Agrippæ, EX S. C. Neptunus sinistra Delphinum, dextra Tridentem.

*Ad indicandam Naualem de Siculis, & Sexto Pompeio Victoriæ, ob quam Agrippa Rostrata Corona donatus est, pertinet hic Nummus, unde Neptuni signum expressum, ex Dion. lib. 49. Plinius vero lib. 16. cap. 4. sic scribit: Cedunt, & Rostrate, quamuis in duobus maximè ad hoc æui celebres M. Varrone è Piraticis bellis dante Pompeio M. Itemq; M. Agrippa tribuente Cæsare à Siculis, quæ & ipsa Piratica fuerit.*

*Ar.* M. AGRIPPA L. F. PRÆF. ORÆ MARIT. ET CLASS. Caput Agrippæ Corona Rostrata.

- \* EX S. C. Neptunus nudus, dextra Tridentem, sinistra Delphinum, proram Nauis dextro pede proculcans. *Parus. Sicil. Antiq. inter Græc. & Rom. n. 55.*

M. AGRIPPA COS. II. DES. III. IMP. III.

COSS. C. Iulius Cæs. Octavianus VI. M. Agrippa II.

*A. V. C. 726. Ante Christum 27.*

*An.* M. AGRIPPA L. F. COS. ITER. DES. TER. Siciliæ Triquetrae Typus, DIVOS IVLIVS. DIVI F. Capita Iul. & Aug. aduersa.

*Ar.* M. AGRIPPA L. F. COS. ITER. DES. TERT. Caput Agrippæ Corona rostrata, sub quo Triquetrae figura.

- \* . . . . . Caput Aug. *Oysel. tab. 27. n. 12.*

M. AGRIPPA COS. III. IMP. III.

COSS. Augustus VII. Agrippa III.

*A. V. C. 727. Ante Christum 26.*

*An.* M. AGRIPPA L. F. COS. III. Caput Agrippæ Corona Rostrata, S. C. ( Pantheon.

*( Neptunus dextra Delphinum, sinistra Tridentem, Pantheon Templum, ideò fortassis dictum, quod in simulacris Martis, & Veneris, multas Deum Imagines acciperet, vel (ut Dignis placet) quod forma conuexa, dimidiati Cæli similitudinem ostenderet. Ab Agrippa hoc anno exivis capium, dicatum vero Augusto IX. & M. Iulio Sillano Coss. A. V. C. 729.*

*Ar.* M. AGRIPPA PLATORINVS III. VIR. Agrippæ effigies.

CÆSAR AVGVSTVS. Caput Aug. Imberbe.

*Æ.* M. AGRIPPA L. T. COS. III. Caput Agrippæ, in alijs laur.

S. C. Neptunus dextra Delphinum, sinistra Tridentem.

- \* IMP. T. VESP. AVG. REST. S. C. Neptunus stans, dextra Delphinum, *Pat. Fam. Vipsan. num. 5.*
- \* IMP. T. AVG. REST. S. C. Eodem Typo, *Vaillant. tom. 1. f. 9.*
- \* IMP. D. AVG. REST. S. C. Eodem Typo, *Patin. Fam. Vipsan. num. 6.*
- \* S. C. Statua Virilis. *Num. Felsch.*

\* M. AGRIPPA L. F. COS. III. Caput Corona Rostrata.

S. C. Templum octo Columnarum, in cuius medio figura sedens, *Strada f. 16.*

- \* CÆSAR AVGVSTVS. Caput Aug. *Patin. Ind. f. 4.*

M. AGRIPPA COS. III. IMP. III.

COSS. Augustus XI. A. Terentius Vero Murena,

*A. V. C. 731. Ante Christum 22.*

*In Orientem mittitur administraturus pro Casare transmarinas Prouincias.*

*An.* M. AGRIPPA COS. TER. COSSVS LENTVLVS. Caput Agrippæ Corona Rostrata, AVGVSTVS COS. XI. Caput Aug. laureatum.

*Ar.* M. AGRIPPA COS. TER. COSSVS LENTVLVS. Caput Agrippæ Corona Rostrata, AVGVSTVS COS. XI. Caput Aug.

- \* M. AGRIPPA COS. TER. COSSVS LENTVLVS. Caput Agrippæ Corona Rostrata, circum IMP. CÆS. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. P. REST. Duplicato Circulo.

- \* AVGVSTVS COS. XI. Caput Aug. laur. *Vaillant. tom. 2. f. 23.*

M.

## M. AGRIPPA.

M. AGRIPPA COS. TER. IMP. III.

COSS. Q. Emil. Lepid. M. Lollius.

A.V.C. 733.  
Ante Christi-  
sum 20.*Augusti filiam Iuliam Vxorem ducit, & Vrbi proficitur,*

M. AGRIPPA IMP. IV. COS. III.

COSS. M. Apuleius. Siluius Nerva.

A.V.C. 734.  
Ante Christi-  
sum 19.*Gallos tumultuantes cadit. Germanos reprimis, Cantabros penè delet, hinc Triumphus ei decretus, & Imp. IV. dicitur.*Aur. M. AGRIPPA L. F. COSS. III. IMP. IV. Caput Agrippæ,  
IMP. CÆSAR AVGVSTVS. Caput Augusti,

M. AGRIPPA IMP. IV. COSS. III. TR. P. AB AVGVSTO IN QVINQVENNIUM ACCIPIT.

A.V.C. 736.  
Ante Christi-  
sum 17.

COSS. Cor. Lentulus Marcel. C. Cor. Lentulus.

Ar. M. AGRIPPA TRIB. POT. COS. TER. Caput Agrippæ.

*Hoc anno Agrippa T.R. P. ab Imp. Augusto in quinquennium accepit. Tacitus lib. 3. Tribunicias Potestatem summi Fastigij vocabulum Augustus reperit, ne Regis, aut Dictatoris nomen assumeret, tamen appellatione aliqua cetera Imperia pramineret. Deinde Agrippam Socium eius Potestatis fecit, quo defuncto Tiberium Neronem delegit, ne successor in incerto foret, sic cohiberi prauas aliorum spes rebatur.*

CÆSAR AVGVSTVS. Caput Aug. laur.

*M. Agrippa in Orientem iterum mittitur, & ab Herode in Regnum suum inuitatur A.V.C. 738. Bosphoranos, mortuo Rege Assandro tumultuantes vincit, Regnumque tradit Polemoni Regi, ex quo Triumphus ei decretus, quem recusauit A.V.C. 740. T.R. P. iterum in Quinquennium accipit, & in Pannoniam mittitur. A.V.C. 741. ipso Quinquatruum die festo, post scilicet V. Id. Martias mortuus est.*

## NVMMI AGRIPPÆ IN COLONIIS CFSI.

Cæsar-Augusta.

*Colonia Cæsar Augusta, qua nunc Zaragoza Aragonia Caput ad Iberum fluminem sita, Immunis à Plinio vocata, adificata ubi alias erat epidum Salduba.*M. AGRIPPA L. F. COS. III. Caput Agrippæ Corona Rostrata.  
SCIPIONE, ET MONTANO II. VIR. C. C. A. Colonus agens Iugum Bouum.

Corinthus,

Caput Agrippæ exesis literis.

\* . . . M. AGRIPPA II. VIR. COR. Pegasus Alatus. I. C. Bidellij.

Nemausus.

*Nemausus Colonia in Gallia Braccata apud Aremoricos, quam hodie Nismes vocant, sic dicta vel à Nemauso Deo, vel ab Heraclida Nemauso, ut Stephano placet.*COL. NEM. Crocodilus Palmæ alligatus cum duobus Corollis,  
IMP. DIVI F. P. P. Capita aduersa Agrippæ, & Cæsaris.

\* COL. NEM. Crocodilus Palmæ alligatus cum vnica Corolla.

\* IMP. DIVI F. Duo Capita aduersa Cæsaris, &amp; Agrippæ. Num. Fasc. Incerta.

\* M. A. . . . . Caput vt videtur M. Agrippæ,

\* TI. TVS. . . . . II. VIR. Colonæ deductæ Typus. M. R. P. Cattanei.

\* Caput M. Agrippæ sine Corona nauali.

\* HENNIO PRÆT. Trophæum cum clypeis. Spanhemius f. 642.

## VXORES M. AGRIPPÆ.

P O M P O N I A.

T. Pomponij Attici Filia, quæ genuit Agrippinam, Vxorem Tib. Claudij Neronis.

M A R C E L L A.

Ostauis maioris Augusti ex Ancharia sororis, &amp; Caij Marcelli filia, decessit sine liberis.

I V L I A.

*Iulia Augusti ex Scribonia filia pulcra, & comis, primum Marcello sororis Aug. filio Sponsa, vt ille obiit M. Vipsanio Agrippæ ab Aug. data, ex eo tres filios Caium, Lucium, & M. Agrippam posthumum, duasq; filias Iuliam, & Agrippinam genuit, Agrippæque mortuo, Ti. Claudio Priuigno Aug. collocauit, omni dedecotum genere contaminata fuit, nihil enim quod facere, aut pati turpiter posset foemina infectum reliquit, magnitudinem fortunæ suæ peccandi licentiam motiens, vnde absente marito Ti., illam Aug. Pater in Insulam Pandatariam relegauit, vbi à Scribonia Matre comitata est, A. V. C. 748. Post quinquennium in Continentem translata, ibidem inhumanitate Tiberij, rerum omnium inopia, & fame contabuit extincta eodem anno, quod Pater Augustus Fato cessit.*


Dip. Tacitus, Suetonius.

ΘΞΑΝ. ΑεΡΟΔΙΤΗC, Caput Iuliæ.

. . . . . BIAN HPAN. Caput Iuliæ, Spanhemius f. 607.

CA.

II



C A I V S.

Caius Iulii Aug. F., & M. Agrippae filius Romae nascitur A. V. C. 734. Ab Augusto Auo adoptatur, & Caesar dicitur A. V. C. 737. Princeps Iuuentutis, & Cos. Design. post quinquennium A. V. C. 748. Pro Consulati Imperio ad bellum Arabibus, Armenijs, & Parthis inferendum mittitur A. V. C. 753. In Syria Cos. procedit A. V. C. 754, ubi cum Rege Parthorum in Euphratis Insula, utroque spectante Exercitu coit. Parthus prior apud Caium in Romana Ripa, Caius posterior apud Regem in Ripa aduersa epulatus est. Armeniam, quae ad Parthos defece- rat facillime ad officium retraxit, Regemque ei praefecit Ariobarzancem. Artageram rebellem obsidens ab Addone sub specie colloquij vulneratus in Syriam redit A. V. C. 756, inde Italiam petens, Lymirae in Lycia moritur A. V. C. 757. Vxorem habuit Liviā Drusi filiam Germanici sororem. Eius acta in praclaro, nec vnquam fat commendato opere *Cenotaphiorum Pisanorum* late, laboriosaque profecutus est *Reuerendiss. P. Henricus Noris Augustinianus* Serenissimi Regnantis COSIMI III. Magni Ducis Hetruriae à Theologicis, & Publ. in Pifa- no Lyceo Sacrae Scripturae Interpres, cui me plurimum debere libens merito fateor.

CAIVS AGRIPPÆ, ET IVL. F. AB AVG. ADOPTATVR, ET C. IVL. AVG. F. CAESAR DICTVR.

COSS. C. Furnius. C. Iunius Silanus.

- Æ.* C. CAESAR. Caput nudum. A.V.C. 737.  
Ante Chri-  
stum 16.  
\* IVL. TRA. Racemus Vux. *Reuerendissimus Noris Cenotaph. Pisan. f. 86. ubi Iulii Tractatæ Hispania maritima Colonia originem, & situm eruditissime, & late profecutus.*  
C. CAES. Caput Caij.  
\* IVL. TRA. Racemus, vt supra. *Ex Tbes. Mediceo Reuerendissimus Noris.*  
C. L. CAES. IVL. TRAD. Capita Caij, & Lucij oppositis ceruicibus.  
\* PERM. CAES. AVG. Caput Augusti. *Ren. P. Cassanis.*  
C. CAESAR AVGVSTI F. Caput Caij.  
\* . . . . IVL. TRA. Racemus Vux. *Patin. Sueton. f. 115.*  
C. L. CAES. AVG. F. C. V. T. Capita Caij, & Lucij se respicientia. *Colonia Vistrix Tarraco, His- panica Colonia.*  
\* AVGVSTVS DIVI F. Caput Aug. *Patin. ibidem.*  
C. L. . . . . Capita Caij, & Lucij aduersa.  
\* CAESAR AVGVSTVS. C. V. T. Caput Aug. *Patin. Ind. f. 4.*  
C. L. In medio duorum Caputum Caij, & Lucij se respicientium, circa qua C. SERVILIO PRIMO . . . . . CHO II. VIR.  
\* AVGVSTVS DIVI F. Caput Aug. *Patin. Suet. f. 115.*  
C. L. In medio Caputum Caij, & Lucij se respicientium, circa qua C. SERVILIO PRIMO. ANTO- NIO . . . . . CHO II. VIR.  
\* CAESAR DIVI F. *Ex Indice Polatio.*  
C. L. . . . . II. VIR M. Capita Caij, & Lucij se respicientia.  
\* . . . . . *Reuerendissimus Noris Cenotaph. Pisan. fol. 104.*

CAIVS CAES. PRIN. IVVENT. COS. DES. Post Quinquennium.

COSS. D. Lalius Balbus. C. Antistius Vetus.

CAIVS CAES. PRIN. IVVENT. PONT. COS. DES.

COSS. Augustus XIII. M. Plautius Silvanus.

Hoc anno L. Caesar in Forum ab Aug. producitur Prim. Iuuent. & Cos. designatur post Quinquennium.

- Av.* C. L. CAESARES AVGVSTI F. COS. DESIG. PRIN. IVVENT. Duæ figuræ togatæ Clypeis as- sistentes cum Hastis puris, Capeduncula, & Lituio.  
CAESAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug. laur.  
C. L. CAESARES AVGVSTI F. COS. DES. PRIN. IVVENT. Caij, & Lucij Capita aduersa.  
CAESAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug. laur.  
C. CAESAR AVGVSTI F. PONT. COS. DES. PRIN. IVVENT. Clypeus cum duabus Hastis per transfuersum, hinc Capeduncula, illinc Culter Sacrificij.  
L. CAESAR AVGVSTI F. COS. DES. PRIN. IVVENT. Tripus, cum Stella, Lituio, Patera.  
*Ar.* C. L. CAESARES AVGVSTI F. COS. DESIG. PRIN. IVVENT. Duæ figuræ Togatæ Clypeis assistentes, cum Hastis puris, Lituio, & Capeduncula.  
CAESAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug. laur.

P

C.



## CAIVS AVG. F.

C. CÆSAR AVGVSTI F. PONT. COS. DES. PRINC. IVVENT. Clypeus, cum duabus Hastis, hinc Capeduncula, illinc Culter Sacrificij.

L. CÆSAR AVGVSTI F. COS. DES. PRINC. IVVENT. Tripus, cum Stella, hinc Lituus, inde Patera.

Æ. CAIO, ET LVCIO CÆS. PRINCIPI IVVENT. Capita Caij, & Lucij se respicientia,

\* CÆSAR AVGVSTVS. Caput Augusti. *Sirada f. 18.*

C. L. CÆSARES AVGVSTI F. COS. DESIG. PRINC. IVVENT. Capita Caij, & Lucij aduersa.

\* CÆSAR AVGVSTVS. Caput Aug. laureatum. *Vaillant. tom. 1. f. 7.*

CAIVS CÆS. PONT. COS. PRINC. IVVENT.

*AV.C.754.  
Christi 1.*

COSS. C. Iulius Aug. F. Casar. L. Aemilius Paullus.

*Bellum gerens cum Parthis, in Syria Consulatum inquit Caius Cas. Aug. F.*

Ar. C. CÆSAR AVGVTI F. Figura equestris decurrens, dextra Sertum, sinistra Hastam, à tergo dua signa militaria, in quorum medio Aquila legionaria.

\* AVGVSTVS DIVI F. Caput Aug. laur. *M. N.*

Æ. C. CÆSAR. PONT. COS. Caput Caij sine laurea.

\* AVGVST. PONT. MAX. Caput Aug. laureatum. *Vaillant. tom. 1. f. 6.*

\* AVGVSTVS PONT. MAX. Caput Aug. *Patm. Ind. f. 4.*

\* . . . . . Caius, & Lucius paludati stantes inter Ancilia.

\* COJ. B. A. Taurus Cornupeta. *Thef. Theopol.*

C. CÆSAR AVG. . . . . Fortè F. COS. S. C. Caput Caij.

\* . . . . . Caput Aug. laur. *Musei Cospianti.*



LVCIVS CÆSAR,

M. Agrippa, & Iulia Aug. F. genitus Lucius A. V. C. 737. quo ab Aug. Avo cum fratre Caio est adoptatus, dictusque L. IVL. AVG. F. CÆSAR. A. V. C. 752. COS. DESIG. Post quinquennium, & Princeps Iuventutis ab Avo in Forum producitur, A. V. C. 755. ad Hispanicos Exercitus transfrens Massiliæ moritur. Eius integram Historiam cum fructu, & voluptate leges in præclaro opere *Cænotaph. Pisan. Reuerendiss. Noris.*

L. IVLIVS AVG. F. CÆSAR AB AVO ADOPTATVS.

*AV.C.737.  
Ante Christi  
sum 16.*

COSS. C. Furnius. C. Iunius Sillanus.

Æ. L. CÆS. Caput L. Cæsaris nudum,

\* IVL. TRAD. Spica. *Cænotaph. Pisan. fol. 92. ex P. Cattaneo.*

L. CÆS. F. Caput Lucij.

\* IVL. TRA. Racemus Vuæ, vt in superiori Caij. *ex Thef. Mediceo Reuerendissimus Noris.*

. . . . . Caput absque Inscriptione L. creditum.

\* C. ÆLIA. Spica. *P. Cattanei.*

LVCIVS CÆS. COS. DES. PRINC. IVVENT.

*AV.C.752.  
Ante Christi  
sum 1.*

COSS. Augustus XIII. M. Plautius Silvanus.

AN. & L. CÆSAR. AVGVSTI F. COS. DES. PRINC. IVVENT. Tripus, cum Stella, Lituus, & Patera.

Ar. C. CÆSAR. AVGVSTI F. PONT. COS. DES. PRINC. IVVENT. Clypeus cum duabus Hastis per transversum, hinc Capeduncula, illinc Culter Sacrificij.

Æ. L. CÆSAR PRINC. IVVENT. Caput L. Cæs. sine Corona.

\* AVGVSTVS TRIB. POT. PONT. MAX. Caput Aug. laur. *Vaillat. tom. 1. f. 7.*

L. AVG. F. PRINC. IVVENT. Caput L. Cæs.

\* AVGVST. TRIBVNIC. POT. Caput Aug. *Cænotaph. Pisan. f. 164.*



NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS,

Nero Claudius filius, Tiberij Claudij Neronis Quæstoris C. Iulij Cæs. Dict., & Liuiæ Drusillæ Augustæ Imp. Augusti Coniugis, quam marito Augustus abduxerat, frater Tiberij Claudij Neronis Imp., non minus gloriosus, quam ciuilibus animi, intra Penates Cæsaris Augusti natus mense tertio, posteaquam inter Augustum, & Liuiam matrem celebratæ sunt Nuptiæ. Adolefcens multis, magnisque virtutibus enituit. Ingenium illius, vt scribit *Paterculus*, vtrûm bellicis magis operibus, an ciuilibus suffecerit artibus in incerto est. Morum certè dulcedo, ac suauitas, ac aduersus amicos æqua, ac par sui existimatio inimitabilis ei fuisse traditur, tum pulchritudo corporis proxima fraternæ. Accepta Quæstura cum fratre Tiberio contra Rhætos missus est; quo in bello, qua fortitudine res gesserit, satis indicat *Horatius* l. 4. Carm., nunc *Aquila* illum, nunc *Leoni* comparans. *Videte Rhæti bella sub Alpibus Drusum gerentem, & Vindelici diu, lateque vstrices Caterua, consilys Iuuenis reuicta.* Post bellum Vindelicum profectus in Gallias Censum egit, tumultuantes ob eam rem plerasque Ciuitates compescuit *Liuius* teste. Germanos qui Rhenum transferant cecidit, quin, & ipse traiecto flumine ad Batauorum Insulam Sicambros in suis sedibus affixit. In Amasia, vt Auctor est *Strabo* lib. 7. Bructeros nauali prælio superauit. Oceanum septentrionalem primus Romanorum Ducum ingressus Frisios in deditionem accepit, Corijs aliquot Bouum, Tributi nomine impositis, vt memorat *Tacitus* lib. 4. in Terram tamen Chaucorum delatus, non leue periculum adiit, Nauibus resuente mari in sicco destitutus, sed ope Pedestris Exercitus Frisiorum seruatus euasit, Auctor *Dion.* In Urbem reuersus Prætor Urbanus fit (*Paullo Fab. Maximo, Q. Aelio Tuberone Cofs.*)

Primo Vere repetita Germania, Vispetes, Tenchteros, Sicambros, Cattos, aliasq; trans Rhenum gentes subegit. Volenti transire Visurgim, cum penuria comæatus, cum instanti hyems obisset, etiam examen Apum in Cattis conspectum Militum animos, quò minus Ducem suum sequerentur, auertit. In reditu ad Confluentem Lupiæ, & Halizonis Castellum erexit, ac item aliud in Cattis iuxta Rhenum, trans Rhenum verò fossas noui, & immensi operis effecit, quæ nunc adhuc *Drusina* vocantur, *Suetonio in Claudio* teste. Ob eas res decretis Triumphalibus ornamentis Quans Urbem ingressus est. Datum etiam, vt denuò iturus in hostem ProConsularem Potestatem obtineret, Nam Imperatoris nomen iam exercitus tribuerat, quemadmodum, & Fratri, sed appellationis eius numerum Augustus aliquoties auxit.

Prætura gesta designatus est Consul; Vt Magistratum iniit A.V.C. 745. cum *T. Quinctio Crispino* multa tristitia signa conspecta sunt; quibus ille contemptis in Germaniam rediit, gentes Trans Rhenanas, Cattos, Cheryscos, Sueuos, & Marcomannos perculit, ad Albim vsquè omnia longèque populatus. Cupienti Flumen traicere, mulier occurrens, amplior humana specie, quò, inquit, ita festinas insatiabilis Druse? non omnia tibi adire, & videre concessum est: sed cede retro, nam & operum tibi, & vita finis adest. Ille exhorrens positis Trophæis, confestim, & properanter discedere cepit, & cum contra Germanos felicissimè pugnaret, dum Victorix insignis opima Germanorum spolia Vrbi inferre cuperet, in itinere, priusquam Romam rediret, latere concussio, cum Equus super eum cecidisset, vt ait *Liuius*, extinctus est. Anno ætatis 30. V. C. 745. quamuis morbo concidisse asserat *Sueton.*, alij veneno arbitrantur. Ei Senatus inter alia complura marmoreum arcum cum Trophæis Via Appia, decreuit, & GERMANICI cognomen ipsi, Posterisq; eius, vt Auctor est *Suetonius*. Putant quidam circa Moguntiam obijisse, propter honorarium Tumulum ibidem à Militibus congestum (circa quem deinceps statuto die quotannis Miles decurreret, Galliarumque Ciuitates publice sacrificarent) cum Drusi Monumentum fuisse literatioris testantur. Promiscuum vulgus, hodiè etiamnum Glandis lapidem à figura, quam nunc quoque refert, appellat, olim Pyramidalem obtinuisse complures opinatos scribit *Joan. Huttichius* in Collectaneis antiquitatum Urbis, & Agri Moguntini, & *P. Appianus* in Antiquitatibus suis. Corpus eius à Tiberio fratre (qui nuncio valetudinis euocatus raptim occurrerat) Romam relatum, cingentibus lectum Claudiorum, & Iuliorum Imaginibus in Campo Martio crematum est, cineres Augusti tumulo illati. Extat elegans Elegia Pedonis Albinouati de morte Drusi ad Liuiam. Inter Salam, & Rhenum occubuisse testantur *Velleius*, & *Strabo* l. 7., alij apud *Ardua Bisige*,

*Mænia quæ Druso facta iulere Duci  
Ille lapsus Equo, cum crux fregisset, in armis  
Filius occubuit, Liuiæ Pulcræ, tuus.*

NERO CLAVDIVS DRVSVS IMP. COS. TI. CL. NERONIS, ET LIVIÆ FILIVS.

COSS, *Nero Claudius Drusus. T. Quinctius Crispinus.*

A.V.C. 745.  
Anie Chr-  
stum 3.

*Plures Germanos vicit, & mortuus, inter alios funeris honores GERMANICVS dictus est,*

*An.* NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP,

RHENVS. Typus Rheni Fluuij expressus,

\* DE GERM. Arcus Triumphalis, supra quem Figura Equestris, in medio duorum Trophæorum.

*Pasin. Thef.*

*Ar.* NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP,

RHENVS. Typus Rheni Fluuij.

DE GERMANIS. Labarum cum Clypeis, seu spolijs Germanicis.

DE GERM. Arcus Triumphalis, cum duobus Trophæis, & figura Equestri decurrente.

\* DE GERMANIS. Arcus Triumphalis, supra quem figura dextra elata Pacificatoris habitus inter duo Trophæa. *Num. Ar/cos. T. 17. n. 19.*

*Tro.*

*Trophæa erigebantur hoste fugato (quem admodum illo victo Triumphus agebatur) qua quidem, vel in tumulo, vel colle, & locis eminentioribus struebantur, undè, & in Urbibus in Arcubus ob id ipsum adificatis collocabantur, & in his hostiũ arma, spolia, tela perfracta apponebantur.*

NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS. COS. IMP.

Æ. NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP. Caput Drusi.

TI. CLAVDIVS CÆSAR AVG. P. M. TR. POT. IMP. S. C. Figura sedens, dextra ramum Lauri, sinistra Sceptum, ad pedes plura armorum genera.

\* RHENVVS. Fluvius decumbens p̄op̄e Montem, dextra Arundinem, sinistra Vrnã, ex qua Aquas effundit. *Tristan. f. 145.*

\* S. C. Spei Typus. *Pat. Suet. f. 180.*

\* IMP. CÆS. TI. DIVI VESP. F. AVG. P. TR. P. P. P. COS. VII. REST. S. C. In medio Nũmo. *ib.*

\* T. DIVI VESP. F. AVG. P. M. TR. P. COS. VIII. REST. S. C. Arcus cum spolijs Germanicis, figura Equestri, & duobus Trophæis, in Peristylio DE GERM. *Pat. ibid.*

\* CÆSAR AVG. F. DOMITIAN. COS. V. REST. S. C. DE GERM. In Peristylio Arcus, vt superius. *ibidem.*

NERO CLAVDIVS DRVSVS GERM. IMP. S. C. Arcus Triumphalis, cum figura Equestri, hinc indè Trophæum.

TI. CLAVDIVS CÆSAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. Caput Claudij.

\* IMP. T. CÆS. VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. REST. S. C. *Spanhem. f. 644.*

NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP. Caput Drusi Neronis.


\* TI. CLAVDIVS CÆSAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. S. C. Figura insidens spolijs, vt in alijs. *Ind. Cauortia.*

NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP. S. C. Arcus, in cuius summitate spolia Germanorum, in medio Drusus Eques, in cornubus singulis, singula Trophæa.

\* TI. CLAVDIVS CÆSAR AVG. P. M. TR. P. IMP. Caput Claudij sine Corona. *ibidem.*

*Drusi Germ. Nummi, quibus Ti. Cl. Imp. nomen, aut effigies inest, à Ti. Claudio filio in honorem Patris Neronis Cl. Drusi Germanici cusa sunt, post adeptum ab eodem Ti. Claudio Imperium, ad renouandam Actorum, & Victoriarum paternarum memoriam.*

*Nummi vero restituti à Ti. & Dom. eorundem in Neronem Drusum amorem, & obsequium testantur.*



ANTONIA DRVSI GERM.

Antonia M. Antonij III. Viri, & Octauiae Maioris sororis Augusti filia, vxor Drusi, sc̄mina honestissima, & continentissima, ob temperantiam, castitatem, fidem, amorem in virum, charitatem in nepotes, humanitatem in amicos, maximam laudem meruit, abstemia fuit, nunquam spuit. Mortuo marito nulli amplius nubere voluit, sed cum Socru Liuia dormite confuevit, eodemque lecto fruens vidua consenuit, super quo Drusus luencis interierat: tandem veneno à Caio Nepote necatam asserunt; alij mærore confectam scribunt, cum se desertam ab illo, contemptamque videret.

Aur. ANTONIA AVGVSTA. Caput Antoniae.

SACERDOS DIVI AVGVSTI. ( Figura muliebris, dextra Hastam, sinistra Cornucopiz.

( Duæ Faces, cum Corollis, quæ Aug. Diuinitatem designant.

*Videntur hi Nummi à Caio in honorem Auiæ percussi, nam in Auiam Antoniam multa pietate vsus est, hanc Augustam statim, & Sacerdotem Diui Aug. fecit, omnesque Vestalium honores eidem tribuit, quod testantur Faces æterni Ignis à Vestalibus seruata, & in Nummo cusa, ni forte eas referre velis ad morem Romanarum Matronarum, quæ sacrificatae, faculas circa Aram ferre solebant, vt testatur Seruius ad illud q. *Aeneid. Virgil.* Intenditque locum fertis, quod spectat ad ferta, quibus faces hæ ornantur.*

\* CONSTANTIAE AVGVSTI. Figura muliebris, dextra Facem oblongam, sinistra Cornucopiz. *Pat. Suet. f. 148.*

\* CONSTANTIAE AVGVSTI. Figura muliebris Sellæ insidens, dextram eleuans. *Vaillant. 1.2. f. 28.* *Constantia verò simbolo cusa Aur., & Arg., vt & Aera cum Ti. Cl. Imp. nomine, ab eodem in Matris honorem signata existimo, cum & peculiare Ti. Cl. symbolum sit illud Constantia, & nomen eiusdem in Aereis sculptum, testis hic omni exceptione maior.*

Ar. ANTONIA AVGVSTA. Caput Antoniae.

\* SACERDOS DIVI AVGVSTI. ( Duæ Faces erectæ, cum Corollis,

( Lectisternium. *P. Cattanei.*

\* CONSTANTIAE AVGVSTI. Figura muliebris dextra Facem oblongam, sinistra Cornucopiz. *Pat. Suet. f. 148.*

\* CONSTANTIAE AVGVSTI. Figura muliebris Sellæ insidens, dextram eleuans. *Vaillant. tom. 2. f. 28.*

Æ. ANTONIA AVGVSTA. Caput Antoniae.

TI. CLAVDIVS CÆSAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. S. C. Figura velata stans, dextra Simpulum.

\* TI. CLAV. CÆ. AVG. P. M. TR. P. Ia Laurica, *Vaillant. tom. 1. f. 13.*

TI.



## TIBERIVS.

Tiberio genus vtrumque ex Claudiorum Gente Patritia fuit. Is Romæ nascitur M. Emilio II. & L. Munacio Planco Cos. Patre Tiberio Claudio Nerone, Matre Liuia Drusilla Augusta anno Orbis 3923. V. C. 711. ante Christum 42. Patricio, vt dictum genere natus, liberaliterque educatus, ingenij tamen peculiaris, & subdoli fuit, mores priuati quales fuerint significanter ostendit descriptio Theodori Præceptoris, cum nominauit eum *lucum sanguine maceratum*. Fuit enim ei natura insuauis, ironica, & sæuitiem aliquantisper occultans, impura tamen, sæua, & Lupina; Quamdiu verò sub Augusto in Imperijs egit, egregij nominis, famæque fuit. Præter Quæsturam, quam anno ætatis XXI. capeffens obiuit, Cos. duos gessit, accepta etiam Tribunicia Potestate in Quinquennium; Interea Regnum Armeniæ Tigrani restituit: Signa quæ Crasso ademerant Parthi, recepit. Bella maxima tria gessit, Rhæticum, Pannonicum, & Germanicum; De quibus, & Ouationem, & Triumphum retulit: Primus quoque Triumphalibus ornamentis honoratus. Imperium ætatis anno LVI. senex, & cæcutiens ingressus est. Vxorem duxit Iuliam Augusti filiam. Drusum fratrem amisit in Germania; Ipsum post C. ac L. mortem Augustus adoptauit. Inter Principatus initia moderatè se gessit, spreuit adulationes, titulum Augusti, ac Patris Patriæ nomen recusauit, & Præsidibus onerandas Tributo Prouincias suadentibus rescripsit: *Boni Pastoris est tondere pecus, non abraderè*. Aduersus quorundam famosos libellos, & conuicia vltionem exposcentibus amicis, *In libera Ciuitate liberus esse linguas debere* respondit. Sæpè etiam illud vsurpauit, *oderint, dum probent*. Idem precari solitus est tantum sibi vitæ, & Imperij tempus, quantum Reipublicæ conduceret; postea crudelior factus, violati Numinis postulari iussit, qui contrà ipsum, aut Matrem, quicquam egissent, locutiue essent incommodiùs.

Ob libidines, quibus promiscuè in Nobilissimos vtriusque sexus effusus erat malè audiebat. Moritur Miseri in Villa Luculliana LXXVIII. anno mundum expleto, V. C. 789. XVII. Kal. Aprilis. Imperauit annis XXII., & mensibus ferè VII. Publico funere elatus est, habita Oratione in laudem ipsius à Caio, à quo tamen immisso repente Tribuno Militum fuerat occisus.

Vicies septies millies festertium coegisse Tiberius dicitur, idest sexaginta sex milliones, & quinquaginta millia aureorum Coronatorum, quæ omnia Caius non toto triennio absumpsit.

Refert *Diodorus Siculus* Tiberij tempore 7000. hominum in Ægypto fuisse interfecta, qui erant pro Præsidio in quadam Ciuitate, eo quod vnus ex Militibus Romanis interfecisset Felem Deum Ægyptium, vnde tota Ciuitas seditionem mouit, & tot hominum millia fudit. Non temerè mutandos esse publicorum munerum administratores voluit Tiberius. Vide *Nicephorum fol. 66.*

Anno Tiberij 16. V. C. 783. IESVS CHRISTVS Filius DEI, & hominis incipiens esse annorum quasi XXX. hoc est anno 29. & 13. die ætatis suæ in Iordane à Sancto Ioanne Baptista Baptizatur, Discipulos primum congregare, post prædicare cepit ad salutem omnium Credentium. Quadriennio post V. C. 787. Christi 34. Tiberij 19., & mensibus tribus exactis, ante diem VIII. Kal. April. pro humana salute Cruci affixus est, & tertia die post viuus apparuit, Olympiadis 202. anno quarto, aut Olymp. 203. anno secundo, vt alij.

TI. CLAVDIVS T. F. NERO COS. II. IMP. II.

COSS. *Ti. Claudius Nero II. Cn. Calp. Piso.*

*Triumphat de Germanis.*

*A. V. C. 747.  
Antè Christum 6.*

*Aur.* TI. CLAVD. T. F. NERO COS. ITER. IMP. ITER.  
IMP. CÆSAR AVGVSTVS. Bigæ Triumphales.

*Æ.* Caput Tiberij absque Inscriptione.

\* TIBERIN. . . . . F. Lupa Romulum, & Remum lactens. *Tristan. tom. 1. f. 161.*

*Tiberius TR. P. in Quinquennium accepta, ad res Orientis componendas missus, Rhodi sub-*  
*stitit, vixitque inglorius, ac veluti priuatus, ab A. V. C. 748. quo discessit, ad annum*  
*V. C. 752. quo Romam reuersus est, vt ex Velleo discimus.*

TIBERIVS CLAVDIVS NERO AB AVGVSTO ADOPTATVS TR. P. IN DECENNIVM ITERVM  
ACCIPIT A. D. V. KAL. IVLII COS. II. IMP. III.

COSS. *Sex. Æl. Catus. C. Sentius Saturninus.*

*A. V. C. 757.  
Christi 4.*

*Aur.* TI. CÆSAR AVGVSTI F. COS. II. TR. P. VI.  
AVGVR. PONT. IMP. III. Lituus, Guttus, Capeduncula.

*Ar.* . . . . .  
\* TI. CÆSAR. Quadriga Triumphalis, in qua Imp. dextra habenas, sinistra Scuticam. *P. Minij.*  
TI. CÆSAR AVGVSTI F. TR. P. Quadriga, in qua Imperator.  
CÆSAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug. *Thes. Theopol.*

Q

Ca.

- Æ. Caput Tiberij Imberbe.  
 \* TIBERIVS CÆSAR. Elephas. *M. N.*  
 TI. CÆSAR AVGVSTI F. IMPERATOR.  
 \* Templum decem Columnarum, in cuius medio Figura sedet, dextra Globum, sinistra Hastam, in Vertice Templi plures Figuræ. *Strada f. 23.*  
 TI. CÆSAR AVGVSTI F. AVGVST. Caput Tiberij.  
 \* . . . . . MERVLA L. VAL. FLAC. ÆD. Caput Tauri. *Pat. Fam. Cornel. num. 46.*  
 \* PERMISSV CÆSARIS TIBERII. Aquilla cum signis legionum. *Spanhem. f. 555.*  
 TI. CÆSAR. AVGVSTI F. IMPERATOR. Caput Tiberij.  
 \* S. P. Q. R. In Peristyllo Templi pluribus Columnis, & Statuis ornati, in cuius medio Idolum sedens, dextra elata, sinistra Hastam. *Patin. Thesaur.*

TIBERIVS TR. P. VI. VII. COS. II. IMP. III.

COSS. *L. Valerius Messalla Voluf. C. Cor. Cinna Magnus.*

*A.V.C. 758.  
Christi 5.*

*Plures vincit populos in Germania.*

- Aur. TI. CÆSAR AVGVSTI F. PON. COS. II. TR. POT. VII. IMP. III. Caput Tiberij, GERMANICVS CÆSAR TI. F. AVGVSTI N. COS. DES. Caput Germanici.

TI. CÆSAR TR. P. VII. VIII. COS. II. IMP. IIII.

COSS. *M. Emil. Lepidus. L. Aruntius Nepos.*

*A.V.C. 759.  
Christi 6.*

*Batonem, & Merghaudem vincit, cum reliqua Germania, idè Imp. IV.*

- Æ. TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERATOR IIII.  
 PONTIFEX TRIBVNICIA POTESTATE VIII. S. C.

TIBERIVS IMP. IV. COS. II. TR. P. VIII. IX.

COSS. *Licinius Nerva, Licinius Metellus.*

*A.V.C. 760.  
Christi 7.*

- Æ. TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERATOR IIII.  
 PONTIFEX TRIBVNICIA POTESTATE IX. S. C.

TIBERIVS IMP. V. COS. II. TR. P. IX. X.

COSS. *M. Furius Camillus. Sex. Nonnius Quinctilianus.*

*A.V.C. 761.  
Christi 8.*

*Dalmatas ferro, & igne domat Tiberius.*

- Æ. TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERAT. V.  
 PONTIFEX TRIBVNICIA POTESTATE X. S. P. Q. R. Templum.  
 \* CERES. Figura muliebris sedens, dextra Spicas. *Vassian. tom. 1. f. 2.*  
 TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERAT. V.  
 \* ROM. ET AVGVSTI. Templum cum duabus Victoriolis instantibus Columnis angularibus cum Palmis, & Corollis in eius prospectu. *Musæi Cospiani.*

TIBERIVS IMP. V. COS. II. TR. P. X. XI.

COSS. *Poppæus Sabinus. Q. Sulpitius Camerianus.*

*A.V.C. 762.  
Christi 9.*

*Clades Varriana in Germania.*

- Æ. TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERATOR V.  
 PONTIFEX TRIBVNICIA POTESTATE XI. ROM. ET AVGVSTI. Dæ Victoriz, dextra Sertum, sinistra Palmam tenentes, suprastantes Columnis Edificij cuiusdam.

TIBERIVS IMPERATOR V. COS. II. TR. P. XI. XII.

COSS. *P. Cornelius Dolabella. C. Iulius Sillanus.*

*A.V.C. 763.  
Christi 10.*

*Ti. in Germaniam mittitur, illam vastat, Arminium reprimis.*

- Æ. TI. CAESAR AVGVSTI F. IMP. V.  
 PONTIFEX TRIBVN. POTEST. XII. S. C.  
 TI. CAESAR AVGVSTI F. AVGVSTI. PON. TR. P. XII.  
 \* COS. II. IMP. V. *Golzj Thesaurus 23.*  
 TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERAT. V. Caput Tiberij, in alio AVGVSTI. *Patin. Thesaur.*  
 \* PONTIFEX TRIBVN. POTESTATE XII. S. C. *M. N.*  
 \* ROM. ET AVGVSTI. Templum, vt in alijs.  
*Omnium Ti. Nummorum ex Ære Magno pulcherrimus Nummus R. P. Cattanei.*  
 TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERAT.  
 \* PONTIFEX TRIBVN. POTESTATE XII. S. C. *Musæi Cospiani.*

TI.



# TIBERIVS.

63

TIBERIVS IMP. VI. VII. COS. II. TR. P. XII. XIII.

COSS. *M. Aemilius Lepidus. T. Statilius Taurus.*

A.V.C. 764.  
Christi 11.

*Templum Concordiae Roma à Tiberio dicatum.*

*Cum Germanico iterum Germaniam populatur, hinc Imp. VII. cum iam Imp. VI., ex anni antecedentis Actis, dici meruisset.*

- Æ.* TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERAT. VII.  
AVGV. PONTIF. TRIB. POT. XIII. COS. II. S. C.  
\* ROM. ET AVG. Porticus, siue Templum, cum duabus Victorijs desuper, ambabus Coronam, proferentibus, *Ind. Caucortia.*

TIBERIVS IMP. VII. COS. II. TR. P. XIII. XIV.

COSS. *Ti. Claud. T. Aug. F. Aug. N. Germanicus. C. Fonteius Capito.*

A.V.C. 765.  
Christi 12.

*Tiberius de Illureis, Pannoniis, Dalmateis, & Germaniis triumphat.*

- Ar.* TI. CAESAR AVGV. TR. POT. XIII.  
IMP. CAESAR AVGVSTVS.  
*Ar.* TI. CAESAR AVGV. F. TR. P. XIII.  
IMP. CAESAR AVGVSTVS.  
TI. CAESAR AVGVSTI F. TR. POT. XIII.  
PONTIFEX IMPERATOR VII. S. C. Caduceus.  
\* EX S. C. Quadrigæ Triumphales, in quibus Ti. dextra, Sceptum Eburneum, sinistra ramum Lauri,  
*Num. Arscot. Tab. 17. n. 7.*  
*Ad Triumphum hoc anno à Ti. ductum spectat hic Nummus,*

TIBERIVS IMP. VII. COS. II. TR. P. XIV. XV.

COSS. *C. Silius Nepos. L. Munacius Plancus.*

A.V.C. 766.  
Christi 13.

- Ar.* TI. CAESAR AVGVSTI F. TR. POT. XV. Quadrigæ Triumphales.  
CAESAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug.  
*Ar.* TI. CAESAR AVGVSTI F. TR. POT. XV. Quadrigæ Triumphales.  
CAESAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug.  
TI. CAESAR AVGVSTI F. IMP. VII.  
PONTIFEX TRIBVNICIA POTESTATE XV.  
*Æ.* TI. AVGVST. F. AVGVSTVS. Caput Tiberij absque Laurea.  
\* DRVSVS CAESAR TI. AVGV. F. Caput Drusi absque Laurea, *Vaillant. Tom. 1. f. 9.*  
TI. CAESAR AVGV. F. AVGV. IMPERATOR.  
\* S. C. Arcus, cum pluribus Columnis. *Num. Faesch.*

TIBERIVS IMP. VII. COS. II. TR. P. XV. XVI. P. P.

COSS. *Sex. Pompeius. Sex. Apuleius.*

A.V.C. 767.  
Christi 14.

*Germanicus dicitur Tiberius, & mortuo Augusto ad XIV. Kal. Septembris Augustus, & P. P., Republicam solus tenet.*

- Ar.* TI. CAESAR AVGVSTI F. IMP. VII. Caput Tiberij.  
AVGV. PONTIF. TR. POT. XVI. Tripus, Lituus, & Securis.  
TI. CAESAR DIVI AVGV. F. AVGV.  
DIVOS AVGVST. DIVI F. Caput Aug.  
*In honorem Aug. Patris à Ti. Filio eius post eiusdem Consecrationem.*  
TI. CAESAR DIVI AVGV. F. AVGVSTVS.  
IMP. VII. TR. P. XVI. Quadrigæ Triumphales.  
TI. CAESAR DIVI AVGV. F. AVGVST. IMP.  
CLEMENTIAE S. C. Clypeus, in quo Caput Clementiae.  
*Ve in initio Imperij S. P. Q. R. de se bene sperare suaderet Tiberius, Caput Clementia, & Moderationis Nummis insculpi iussit, quasi clementissimus futurus, & moderatissimus, quod tamen diu non proficit.*  
\* Pegasus alatus. *Vaillant. T. 2. fol. 25.*  
*Ar.* TI. CAESAR DIVI AVGV. F. AVGV.  
ROMA. Lupa.  
TI. CAESAR DIVI AVGV. F. AVGVSTVS.  
\* TR. POT. XVI. IMP. VII. Quadrigæ Triumphales. *Angellon. f. 39. n. 1. 2.*  
*Æ.* TI. CAESAR AVGV. GERMANICO IMP. P. M. TR. P. COS.  
SALVS AVGV. Caput Deæ Salutis.  
TI. CAESAR AVGVSTI F. TRIB. POT. XVI.  
PONTIF. COS. II. IMP. VII. S. C. Caduceus alatus.  
\* DIVVS AVGVSTVS PATER. Caput Aug. radiatum, *Vaillant. t. 1. f. 9.*  
TI. CAESAR AVGVSTVS. Caput Ti., hinc Ramus, hinc Aquila.  
\* Caput foemineum in Laurea, ante quod Cythara post VOAV, *Pat. Ind. f. 4.*  
TI. CAESAR IMP. P. P.  
\* . . . . . II. VIR . . . LA FAVSTVS P. P. D. D. Figura muliebris sedens, dextra Hastam.  
*Pat. Fam. Cornel. n. 28.* TI.

TIBERIVS IMP. VII. COS. II. TR. P. XVI. XVII. PONT. MAX. A. D. VI. IDVS MARTII.

COSS. Drusus Caesar. C. Norbanus Flaccus.

A.P.C. 768.  
Christi 15.

- At.** TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.  
\* PONTIF. MAXIM. Figura sedens, dextra Hastam. *M. N.*  
IMP. VII. TR. POT. XVII. Quadrigæ Triumphales, in quibus Imp. dextra Sceptrum Eburneum, sinistra Lauream.
- TIB. DIVI F. AVGVSTVS.  
\* TR. POT. XVII. Victoria Globo insidens, ambabus manibus Zonam tenens. *Tristan. t. 1. f. 160.*
- \* PÆTAS AVG. Lituus, Capeduncula, Simpulum. *Num. Arscot. Tab. 17. n. 10.*  
*Ad Pont. Maximum Tiberij referendus Nummus.*
- \* TR. P. XVII. Victoria Globo insidens, vtraque manu Palmam. *Vaillant. Tom. 2. f. 25.*
- Ar.** TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.  
IMP. VII. TR. POT. XVII. Imp. in Quadrigis Triumphalibus.
- \* PONTIF. MAXIM. Figura sedens, dextra Hastam, sinistra Ramum. *M. N.*
- Æ.** TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS IMP. VII.  
CLEMENTIÆ S. C. Scutum cum Laurea, & Simulacro.  
MODERATIONI S. C. Scutum, vt superius.  
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XVII. S. C. Vesta sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam.  
ROM. ET AVG. Cum Ædificio, & Victorijs, vt superioribus annis.
- TI. CÆSAR AVG. GERMANIC.  
GERMANICVS CÆSAR DIVI . . . . . Caput Germanici.
- TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. Caput Tiberij, cum Capeduncula, & Lituo.  
\* . . . . APRONIVS . . . . . Caput. *Patin. Fam. Apron. n. 2.*
- TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS PONT. MAX. TR. POT. XVII. S. C. In Area Nummi.  
\* DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. Duo Capricorni, cum Temone, & Globo Lauream sustinentes, in qua OB CIVES SER. *Num. Arscot. Tab. 14. n. 23. 24.*
- TI. CÆSAR DIVI AVCVSTI F. AVGVSTVS.  
IMP. T. CÆS. DIVI VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. RESTITVIT S. C. In Area Nummi.
- TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVG. IMP. VII. Caput Tiberij sine Corona.  
\* PONTIF. MAXIM. TRIBVNIC. POTEST. XVII. Deæ Salutis imago sedens, vel vt aly Livia Aug. Mater, sub Deæ Vestæ habitu. *Ind. Caucortia.*
- TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VII. Caput Tiberij.  
\* PONTIFEX MAX. TRIBVN. POTEST. XVII. S. C. Vesta sedens, dextra Hastam, sinistra Pateram. *Musæi Cospiani.*
- \* Caput muliebri velatum absque literis, in Corona. *Ex Ind. Polatio.*
- TI. CÆS. DIVI AVG. F. AVGVST. IMPERAT. VII.  
\* CLEMENTIA S. C. Scutum Coronæ inductum, in quo Dea Clementia. *Ind. Caucortia.*
- TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP.  
\* PONTIFEX MAX. TRIBVN. POTEST. XVII. S. C. Vesta sedens, dextra Hastam, sinistra Pateram. *Musæi Cospiani.*

TIBERIVS IMP. VIII. COSS. II. TR. P. XVII. XVIII.

COSS. T. Statilius Taurus. L. Scribonius Libo.

A.P.C. 769.  
Christi 16.*Villis à Germanico, cum Arminio Cberuscis, Imp. VIII. ab Exercitu salutatur Tiberius.*

- Ar.** \* SIGNIS REÇEP. DEVIC. GERM. Aquila legionaria, in medio duorum Signorum Militarum diuersorum. *Num. Arscot. tab. 17. num. 8.*
- Æ.** TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.  
IMP. VII. TR. POT. XVIII. S. C. Quadrigæ Triumphales,  
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII. Caput Tiberij.  
\* CLEMENTIÆ S. C. Scutum ornatum, lauroque coronatum, in cuius medio Caput femineum. *Angellon. f. 39. num. 6.*

TIBERIVS IMP. VIII. COS. II. DES. III. TR. P. XVIII. XIX.

COSS. Calius Rufus. L. Pomponius Flaccus.

A.P.C. 770.  
Christi 17.*Archelaus Capadocia Rex meritur Roma, hinc Capadocia Prouincia facta. In Asia Vrbes duodecim Terramotu collapsa.*

- Æ.** TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. In alio IMP. VII.  
PONTIF. MAXIM. TRIB. POT. XVIII. COS. DES. TER. S. C.  
PONTIF. MAXIM. TRIB. POT. XIX. S. C.

TIBERIVS IMP. VIII. COS. III. TR. P. XIX. XX.

COSS. Tiberius Aug. III. Germanicus Caesar II.

A.P.C. 771.  
Christi 18.*Tiberias ab Herode Thetrarca Iudaorum, in honorem Tiberij extruitur.*

- Æ.** TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS P. M.  
TR. P. XIX. COS. III. S. C.

TI.

# TIBERIVS.

65

TIBERIVS IMP. VIII COS. III. TR. P. XX. XXI.

COSS. *M. Iunius Silanus. L. Norbanus Flaccus Blandus.*

*A.V.C. 772.  
Christi 19.*

*Civitates Asia Terramotu dirutas restituit.*

- Æ.* TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS IMP. VII.  
PONT. MAX. TRIBVN. POTEST. XX. S. C.  
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. P. XXI. S. C. In medio Nummo.  
\* CIVITATIBVS ASIÆ RESTITVTIS. Figura laureata sedens dextra Pateram, sinistra Hastam.  
*M. N.*  
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. IMP. VII.  
\* P. M. TR. P. XXI. S. C. *Golz. Theaur. 24.*

TIBERIVS IMP. VIII COS. III. DES. IV. TR. P. XXI. XXII.

COSS. *M. Aurelius Messalla. M. Aurel. Cotta.*

*A.V.C. 773.  
Christi 20.*

- Aug.* \* TR. POT. XXII. Victoria insidens Globo, vtraque manu Palmam tenens. *Vaillant. tom. 2. f. 25.*  
*Æ.* TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. P. XXII. S. C. In medio Nummo.  
\* DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. Currus quatuor Elephantorum, cum suis Sessoribus, cui insidet figura dextra Pateram, sinistra Hastam. *M. N.*

TIBERIVS IMP. VIII COS. IV. TR. P. XXII. XXIII.

COSS. *Ti. Augustus IV. Drusus Caesar Aug. F. II.*

*A.V.C. 774.  
Christi 21.*

*Sacrosanctum, & rebelles in Gallijs Treueros, ac Aduos per Silium Ducem vincit.*

- Æ.* TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.  
PONTIF. MAX. COS. IV. IMP. VII. TR. P. XXII. Duplex Cornucopiz, Caduceo medio.  
\* P. M. TR. P. XXII. COS. IV. S. C. *Golz. Thef. 24.*  
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. P. M. TR. POT. XXIII. S. C. In medio Nummo.  
\* S. P. Q. R. IVLIÆ AVGVSTÆ. Carpentum duarum Mularum. *M. N.*  
TI. CÆSAR DIVI AVGVSTI F. AVGVSTVS. Caput Tiberij.  
\* PONT. MAXIM. COS. IV. IMP. VII. TR. P. XXIII. Duplex Cornucopiz, in medio Caduceum alatum. *D. Joseph Magnanuca Bononiensis.*  
IMP. VII. P. M. TR. P. XXIII. S. C.

TIBERIVS IMP. VIII COS. IV. TR. P. XXIII. XXIV.

COSS. *C. Sulpicius Galba. D. Haterius Agrippa.*

*A.V.C. 775.  
Christi 22.*

*Druso Filio TR. P. concedit Tiberius.*

- Æ.* TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII.  
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXIV. S. C.  
TI. CÆSAR DIVI AVGVSTI F. AVGVSTVS.  
PONTIF. MAXIM. IMP. VIII. TR. P. XXIV. S. C.  
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXIV. S. C. In medio Nummo.  
CIVITATIBVS ASIÆ RESTITVTIS. Vesta sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam.  
DIVVS AVGVSTVS PATER. Figura capite radiato, dextra Oleam, sinistra Hastam, ante pedes Ara.  
IVSTITIA. Caput foemineum Deæ Iustitiæ.  
SALVS AVGVSTA. Caput Deæ Salutis.  
S. P. Q. R. In Peristylio Templi.  
\* S. P. Q. R. IVLIÆ AVGVSTÆ. Carpentum à duabus Mularibus vectum. *Ind. Cautorta.*  
CIVITATIBVS ASIÆ RESTITVTIS. Figura sedens, vt in superiori.  
\* IMP. T. CÆS. DIVI VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. REST. S. C. In area Nummi. *Pat. Suet. f. 178.*  
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXIV. S. C.  
\* DIVI AVG. S. P. Q. R. Quadrigæ Triumphales, à quatuor Elephantibus vectæ, cum Aug. figura sedente. *Ind. Cautorta.*  
TI. CÆSAR D. AVGVSTI F. AVGVSTVS.  
\* DRVSVS CÆSAR . . . . TR. P. Caput Drusi. *Ind. Cautorta.*

TIBERIVS IMP. VIII COS. IV. TR. P. XXIV. XXV.

COSS. *C. Asinius Pollio. C. Antistius Vetus.*

*A.V.C. 776.  
Christi 23.*

- Aug.* TI. DIVI F. AVGVSTVS.  
TR. P. XXV. Victoria Orbi insidens, vtraque manu Lauream tenens.  
*Æ.* TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXV. S. C. In medio Nummo.  
\* DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. Quadriga Elephantorum, in qua Imp. sedet, dextra Ramum. *Pat. Suet. f. 254.*  
\* DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. OB CIVES SER. Corona Quercæ, quam sustinent duo Capricorni. *Num. Fesch.*

R

TI-

## TIBERIVS.

TIBERIVS IMP. VIII. COS. IV. TR. P. XXV. XXVI.

COSS. *Ser. Cornelius Cethegus. L. Vifellius Varo.*A.V.C. 777.  
Christi 24.*Tacfarinatem, Numidam, Bellum in Africa molientem, auxilijs Ptolemai Regis, Dolabella extinguit.*Anv. TIBERIVS CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. Caput Ti. laur.  
\* TR. POT. XXVI. Victoria alata Globo insidens, vtraque manu Zonam tenens. *Num. Arscor. tab. 15. num. 6.**Fortè ad Victoriam de Tacfarinate à Dolabella reportatam referendus Nummus.*Æ. TL CÆSAR AVGVSTVS,  
PON. MAX. TR. P. XXVI. S. C.

TIBERIVS IMP, VIII, COS. IIII, TR. P. XXVI, XXVII.

A.V.C. 778.  
Christi 25.COSS. *Cosus Cor, Lentulus Isauricus. M. Asinius Agrippa.*

TIBERIVS IMP, VIII, COS, IIII, TR. P. XXVII, XXVIII.

A.V.C. 779.  
Christi 26.COSS. *Cn. Cor. Lentulus Getulicus. C. Calvisius Sabinus.**Templum Tiberio ab Asia Cinitatibus Smyrna S. C. positum. Tiberius in Campaniam secedit.*An. TL CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS.  
TR. POT. XXVIII. Victoria Globo insidens, dextra Corollam,Ar. \* COM. ASIE ROM, ET AVG. In Peristylio Templi sex Columnatum, *Oysel. Tab. 52. n. 9. Tacitus Annal. 4. scribit, Lentulo, Getulico, & C. Calvisio Coss. certamen undecimo Asia Urbium, honorem statuendi Tiberio Templum decertantium, inter quas Smyrna prelatam est Patrum sententijs, & missum sorte Valerium Nasonem e Pratorijs, qui Templi curam susciperet.*Æ. TL CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS IMP. in alio P. M.  
NERO, ET DRVSVS CÆSARES QVINC. C. VIN. Duo Capita aduersa Neronis, & Drusi, Germanici filiorum.TL CAESAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. VIII.  
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POSEST. XXIX. S. C. Globus cum Temone.

TIBERIVS IMP. VIII. COS. IIII, TR. P. XXVIII, XIX.

A.V.C. 780.  
Christi 27.COSS. *M. Licinius Crassus. L. Calp. Piso.*

TIBERIVS IMP. VIII. COS. IIII, TR. P. XXIX, XXX.

COSS. *Ap. Iunius Silanus. P. Silius Nerva.*A.V.C. 781.  
Christi 28.An. TL DIVI F. AVGVSTVS,  
TR. POT. XXX. Victoria insidens Globo, manibus Sertum tenens.

TIBERIVS IMP. VIII, COS, IIII, TR. P. XXX, XXXI.

A.V.C. 782.  
Christi 29.COSS. *C. Rubellius Geminus. C. Fuffus Geminus.**Livia Augusta moritur.*Ar. TL DIVI F. AVGVSTVS.  
TR. POT. XXXI. Victoria Orbi insidens, vtraque manu Lauream tenens,

TIBERIVS IMP. VIII COS, DES. V. TR. P. XXXI, XXXII.

A.V.C. 783.  
Christi 30.COSS. *M. Vinucius Quartinus. C. Cassius Longinus.*Æ. TL CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP.  
PONTIF. MAX. TR. POT. XXXII, S. C. Cum Temone, & Globo.

TIBERIVS IMP. VIII. COS. V. TR. P. XXXII, XXXIII.

A.V.C. 784.  
Christi 31.COSS. *Ti. Augustus V. L. Aelius Seianus.**Seianus in vincula ducitur, mox occiditur A. D. V. Kal. Novembris,*Æ. TL CAESAR DIVI F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXIII. S. C.  
Quadrigæ Triumphales absque inscriptione.

TL CÆSAR . . . . . XXXIII. Caput Ti. laur.

\* S. C. In Laurea. *M. N.*

# TIBERIVS.

67

TIBERIVS IMP. VIII. COS. V. TR. P. XXXIII. XXXIV.

COSS. *Cn. Domitius Aenobarbus, A. Vitellius.*

A.V.C. 785.  
Christi 32.

- Anr.* TI. CÆsar DIVI F. AVGVSTVS.  
TR. POT. XXXIV. Victoria Orbi insidens, dextra Corollas.  
*Æ.* TI. CÆsar DIVI F. AVGVSTVS IMP. VIII. Caput Ti. absque Corona,  
\* PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POT. XXXIV. S. C. *Ind. Polatio.*

TIBERIVS IMP. VIII. COS. V. TR. P. XXXIV. XXXV.

COSS. *Ser. Sulp. Galba, L. Cor. Sulla.*

A.V.C. 786.  
Christi 33.

- An.* TI. CÆ. AVG. P. M. TR. P. XXXV.  
DRVSVS CÆsar TL. AVG. F. COS. II. TR. POT. Caput Drusi.  
TI. B. CÆsar DIVI F. AVG.  
\* TR. POT. XXXV. Victoria Globo insidens, vtraque manu Coronam tenet, *ex Museo Ruzina*  
*I. C. Bon.*  
*Ar.* TI. CÆsar AVG. P. M. TR. P. XXXV. Caput Ti. laur.  
\* DRVSVS CÆsar TL. F. TR. P. Caput Drusi sine Corona, *Vaillant, Tom. 2. f. 26.*  
*Æ.* TI. CÆsar DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. P. XXXV.  
DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. OB CIVES SER. S. C. Corona Quercea, quam duo Capri-  
corni sustinent.

TIBERIVS IMP. VIII. COS. V. TR. P. XXXV. XXXVI.

COSS. *Paulus Fabius Persicus, L. Vitellius.*

A.V.C. 787.  
Christi 34.

*Phœnix in Aegypto visus.*

- Æ.* TI. CÆsar DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII.  
PONTIF. MAX. TRIBVN. POTEST. XXXVI S. C. ( Caduceum alatum,  
( Globus cum Temone.  
TI. CÆs. DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXVI S. C. In medio Nummo,  
Templum pulcherrimum absque alia inscriptione.  
TI. CÆsar DIVI AVG. F. AVG. P. M. TR. POT. XXXVI S. C.  
\* DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. Currus à quatuor Elephantibus tractus, *Musæi Cospiani.*

TIBERIVS IMP. VIII. COS. V. TR. P. XXXVI. XXXVII.

COSS. *M. Sernil. Rufus Nonnianus, C. Cestius Gallus.*

A.V.C. 788.  
Christi 35.

- Æ.* TI. CÆsar DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXVII S. C. In Arca Nummi,  
DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. Quadrigæ Elephantorum.  
TI. CÆsar DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII.  
PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXXVII S. C. Caduceum.  
PONTIF. MAX. TR. POT. XXXVII S. C. Globus cum Temone.  
TI. CÆsar DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXVII. In Arca Nummi.  
\* Quadriga Triumphalis vacua. *M. N.*  
\* Templum sex Columnarum, cum Porticibus, hinc inde Columnis suffultis, pluribus ornatum Statuis,  
inter quas vna Aræ medice insidens. *Angellon. f. 25. n. 31.*  
\* DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. Duo Capricorni cum Globo Coronam Querceam sustinentes,  
*in qua OB CIVES SER. Angellon. f. 25. n. 38.*

TIBERIVS IMP. VIII. COS. V. TR. P. XXXVII. XXXVIII.

*Cæterum Organorum horum Hydraulicorum, ( si Plinio credimus, ) Auctor Ctesibius Tonsoris filius, suntque musica instrumenta, qua per aquam sonantes, excitant voces, quarum quoniam recentis operis vidisse memini Tiburi in Villa Estensi.*

CO-

## NERO.

## COLONIARVM NVMMI.

Aroe Aug. Patrensis.

NERO CLAVD. CÆSAR AVG. GERM. TR. P. IMP. P. P.

\* COL. A. A. PATR. XXII, Aquila Legionaria, in medio duorum Signorum. *Patin. Suet. f. 299.*\* HÆRCVLI AVGVSTO C.P. Hercules. *Fortè ad Coloniã Patriciam, vel Patrensem. Schœda Spontiana.*

Cibalis.

NERO CLAVDIVS CÆSAR AVG. GERMANIC.

\* EX CONSENSV C, CIB. Taurus. *Ex Patin. Ind. fol. 7. rest.*

Col. Iul. Aug. Cassandrensis.

*Vrbs Macedonia maritima, olim Posidea dicta ad sinum Thermaicum, sic dicta, vel à Cassandra Priami filia, vel ut Eruditissimus Patinus à Cassandro, cui ego quoque subscribo, nunc Cassandria dicitur.*

NERO CLAVDIVS CÆSAR AVG. IMP. TR. P. P. P.

COL. IVL. AVG. CASSANDREN. Caput Iouis Ammonis. *Pat. Ind. f. 7.*

Corinthus.

NERO CLAVD. CÆS. AVG.


CLAUDIO OPTATO II. VIR IVL. COR. Pegasus ab homine nudo detentus. *R. P. Cattanei.*

NERO CLAVD. CÆSAR AVG. GERM. TR. P. IMP. P. P.

\* C. IVLIO POLYRENO III. VIR. COR. ( Pegasus alatus à figura nuda capistro retinetur. *Pat. Suet. f. 299.*\* ( Circum Coronam florum, in qua ISTHMIA, *ibidem.*

## NERONIS VXORES.

28



## OCTAVIA.

Octavia Claudij ex Messalina Filia, Iunio Silano primùm desponsata, postea, persuadente Agrippina, Neroni Claudij Priuigno nupsit. Cælum eo die quo Nuptiæ fiebant, totum ardere visum est, hanc non multo temporis spatio interposito, domo expulit, eamque tanquam sterilem pepulit in Campaniam, post adulterij accusatam (cum tamen esset honestissima) & in Pandatariam relegatam interfici iussit, ætatis anno XX. eius caput amputatum, Romam ad Poppæam fuit delatum. Idem fuit infelicis puellæ nuptialis, & funestus dies. Vide *Tacitum lib. 14. Sueton. in Vita Neronis, & Claudij.*

OCTAVIA TI. CLAVDII, ET MESSALINÆ FIL., NERONIS CL. AVG. VXOR.

*Æ.* OCTAVIA AVG. F., NERO CLAVD. CÆS. AVG. IMP. Duo Capita vnum virile, aliud muliebri cum ☉.

OCTAVIA AVGVSTA.

OCTAVIA AVGVSTA, ET NERO CLAVD. CÆSAR IMP. Capita Octaviæ, &amp; Neronis cum ☉.

\* NERO CLAVD. IMP. L. VRINO VOLVMNIO II, VIR. Caput Neronis cum Sceptro.

*Spanhem. f. 619.**Græ.* OKTAOYIA ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Caput Octaviæ.\* NEP . . . . . Caput Neronis. *Spanhem. f. 619.*

OCTAOYIA ΣΕΒΑΣΤΗ ΛΑ. Caput Octaviæ.

\* NEP ΚΑΒ ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΑΥΤ. Caput Neronis. *Thesauri Theupoli.*

29



## SABINA POPPÆA.

Sabina Tii Ollij, & Sabinae Pop. filia, egregia forma, & perblanda, Rufo Crispino desponsata, quæ cum filium habuit, ab Chone abducta, ac in vxorem accepta, ab eodem siue incaute, siue data opera Neroni sæpius laudata, Imperatori ellex primum, postea eiecta Octauia, Vxor iuncta est; ita Tacitus lib. 13. *Annal.* Neque enim Nero, sed Cho, Poppæam tunc ignotam Neroni, Rufo Crispino abduxit. Ei cuncta alia fuere præter honestum animum: est lasciuia, prudens, magnifica, & in erogandis pecunijs liberalis: Equis delectabatur maximè delicatissimis, apsimisque, quorum soleas non ferro, sed purissimo, optimoque auro induebat; Mulas verò quibus agebatur, arcis funibus subligatas habebat, & Asinas, quæ nuper peperissent, quingentas, quarum lacte pinguisimo, cum scita Balnearum vasa repleuisset, totum corpus macerare consueuerat, vt eius pellis ita distenta, fieret candidior, mollior, ac magis nitida; vsaque vnguentis pretiosissimis, quæ Poppæana postea dicta, nulli sumptui pepercit. hæc cum non multo tempore Neroni vxor fuisset, grauida à marito irato ictu calcis percussa moritur, Neroni Cladium peperit in Colonia Antio. Infans intrà quartum mensem iam Augusta à Patre appellata, non sine immoico Patris dolore moritur. Tacitus lib. 15. c. 16. Sueton. in Nerone.

ΠΟΠΠΕΑ ΣΕΒΑΣΤΗ.

ΝΕΡΟ ΚΑΙΣΑΡ ΑΥ.

ΠΟΠΠΑΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ L. I. Caput Poppæiæ. In alio L. IA.

\* ΝΕΡΩ ΚΑΑΥ ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡ. Caput Neronis. M. N.

Capita iugata Neronis, &amp; Poppæiæ.

\* ΠΟΠΠΑΙΑ ΝΕΡΩΝ ΕΦΕ. Ceruus. Spanhem. f. 618.

ΠΟΠΠΑΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟC. Capita iugata Neronis, &amp; Poppæiæ.

Spanhem. f. 618.

ΠΟΠΠΑΙΑ ΝΕΡΩΝΟC ΣΕΒΑΣΤΟC. Caput Poppæiæ.

+ ΝΕΡΩΝ ΚΑΙCΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟC. Caput Neronis laur. Vaill. t. 2. f. 39.

## POPPEA NERONIS, ET POPPÆÆ FILIA, INFANS MORTVA.

A. POPPEA AVG. Figura sedens in Templo quadrato duarum Columnarum, sinistra Cornucopiæ.

\* CLAVD. NER. F. Templum rotundum quatuor Columnarum, in quo Figura stans dextra Temenem, sinistra Cornucopiæ. Pat. Suet. f. 317.

## STATILIA MESSALINA.

Tertia, atque vltima Neronis Vxor, mortuo Nerone Othonem sibi maritum asciscere decreuerat, cui Otho Imperij pertæsus, iam moriens, cineres suos commendauit. Vide Sueton.

A. Gr. ΜΕCΣCΑΛΙΝΑ ΚΑΙC ΣΕΒΑC. Figura stans, dextra ignotum quid, sinistra Columnæ nixa cum Spicis. ΝΕΡΩ ΚΑΑΥΑΙ ΚΑC ΣΕΒ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟC. L. Γ. Caput Neronis. M. N.

30



## C. IVL. VINDEXTYRANNVS in Gallijs contra Neronem insurrexit.

COSS. C. Fonteius Capito. C. Iul. Rufus.

Se ipsum occidit, à Rufo superatus.

AV. C. 819.


Christi 66.

A. C. IVLIVS CÆSAR. Caput Laur. circum quatuor rami Lauri.

\* VENVS AVREA. Figura feminuda stans capite radiato, dextra Phialam tenens, circum Lauri rami. Strada f. 40.

Bb

L. CLO.



### L. CLODIVS MACER:

Cum Neronem, publicum humani generis odium oppressisset, multis rerum novarum ea viâ occisi, Vindex in Gallia viuo Nerone ceciderat, Galba Hispaniæ Tarraconensi Præfectus, Imperator, Senatus decretis, destinabatur. Romæ Nymphidius turbabat, In Germania Rufus, postq; cum Capito, Hos inter L. etiam Clodius Macer Africæ Legatus, avaritia, & crudelitate magnus, de cætero tantis cœptis per omnia impar, se se eminet posse speravit. Ferebatur Italiâ rei frumentariæ penuria pressurus. Sed molientem, Trebonius Garucianus focurator, iussu Galbæ interemit. Meminere Suetonius, Tacitus, Plutarchus. Neque dubium subiectum Nummum ad hunc vnum pertinere, quod *M. Velsenus* monuit, cum priori editione eum ad Macrianum inter XXX Tyrannos Occo retulisset. Legionis Macrianzæ nomen alibi, opinor, non extat, & statim à Macri morte mutata necesse. Libertatis typus, & inscriptio parandæ tum gratiæ prælata, quod Galbam item, atque Vitellium fecisti obseruamus, Otho eodem sensu Securitatem inscripsit. Dio. *Populus Romanus Sacra faciebat, magnaque lictia perfruebatur, ferebantq; pileos multis, quasi essent libertatem consequenti.* Ex notis S. C. fit verisimil. Senatuum libertati, aut Sacrificium, aut Signum decreuisse,

### L. CLODIVS MACER PROPÆTOR.

*Africa Neroni rebellat, & à Trebonianq; Garuciano eodem anno iussu Galba occiditur.*

COSS. C. Silius Italicus, M. Galer. Trachallus.

A.V.C. 821,  
Christi 68.

- Aur.* L. CLODIVS MACER S. C Caput sine Barba,  
\* PROPÆ. AFRIC. Navis cum Remis. *Tristan. Tom. 1. f. 247.*  
*Ar.* L. CLODI. MACRI S. C. Libertas stolata dextra Pileum, sinistra Pateram.  
LIB. LEG. I. MACRIANA. Duo Signa Militaria in medio Aquila.



### SERVIVS SVLPICIUS GALBA.

Galba propè Tarracinam nascitur M. Valerio Messalla, & Cn. (vt alij) L. Cornelio Lentulo Cos. Patre Seruio Sulpicio Galba, Matre Achaia. Augustus Cæsar ad Galbam hunc olim puerum buculâ adprehensum dixit: *Et tu fili nostrum Imp. habebis*, cui respondit: *Ita fiet cum Mula pepereris.* Idem fortunæ imaginem per somnium reperit, dixerat illa stare se ante fores defessam, & nisi ocyus reciperetur, cuique obui prædam futuram; hanc obstinatissimè postea in Domo sua conseruauit, Hic ex Hispania secum deduxit M. Fab. Quintilianum, idem Tarraconensem Prouinciam octo annis rexit; & altiore, ac dealbatam Crucem cuidam Tutori statuit, qui Pupillum veneno sustulerat Germanorum Cohortem à Cæsariibus olim ad custodiam corporis institutam, & fidelissimam dissoluit, & remisit in Patriam, quasi Cn. Dolabellæ proniore. Fuit admodum avarus, ita vt apposita lautiore cœna ingemuerit. Ordinario dispensatori breuiarium rationum offerenti, paropiidem leguminum pro sedulitate porrexit. Idem Chorauli cuidam mirè placenti quinque nummos manu sua donauit. Suspicionè autem minima motus, plurimos condemnauit, quare conspiratione à Militibus in ipsum facta, trucidatur in Foro Romano, ætatis anno 73, Impetij mense septimo, eius Caput ad Othonem delatum est, qui Lixis, & Calonibus decidendum donauit.

SER. SVLPITIVS GALBA *mortuo Nerone* P.M. TR.P. P.P. COS. DES. II. A. D. III. ID. IVNII.

COSS. C. Silius Italicus. M. Galer. Trachallus Turpilian.

A.V.C. 821,  
Christi 68.

- Aur.* IMP. SER. GALBA AVG.  
DIVA AVGVSTA. Figura stolata stans, dextra Pateram, sinistra Hastam.  
*Hic Nummus in honorem Livia à Galba percussus, Diuinitatis eius Typum representat, ipsius enim opera peruenerat ad Aulam Imperatoriam, vide Suetonium, & Iustinum lib. 43. Nummum*



num sic illustrantem. Per ea tempora (scilicet Romuli) Reges Hastas pro Diademate habebant, qua Græci dixerunt *αὐτῆρα*; nam ab origine rerum pro Dijs immortalibus veteres Hastas coluere, ob cuius religionis memoriam adhuc Deorum simulachris Hasta adduntur.

IMP. SER. SVLP. GALBA CÆSAR AVG. TR. P.  
IMP. Figura Equestris,

\* FORTVNA AVG. Fortuna stans dextra Temonem, sinistra Cornucopiæ. *Vaillans. tom. 2. f. 43.*

\* ROMA RENASCENS. Figura Galeata stans, dextra Victoriolam, sinistra Aquilam Legionariam. *Oysel. tab. 29. n. 4.*

\* SALVS GENERIS HVMANI. Figura muliebris stans, dextra Pateram super Aram ignitam, sinistra Temonem. *Vaill. tom. 2. f. 41.*

Suetonius in Galba. *Carthagine noua conuentum agens tumultuari Gallias comperit, Legato Aquitania auxilia implorante supervenerunt Pindicis licera, hortantis, ut humano generi assertorem, Ducemque se accommodaret, ex quibus SALVS GENERIS HVMANI hoc Nummo sculpta explicatur.*

\* VICTORIA. Victoria stans propè Columnam, suprâ quam Clypeum tenet sinistra, dextra verò eidem inscribit P. R. circum Columnam Laurus. *Num. Arscot. tab. 22. n. 13.*

*Martem Neronis Populi Romani Victoriâ fuisse, dum à crudeli illo, & saevissimo Monstro liberatus est, hic Nummus docet,*

Ar. SER. GALBA IMP. Figura Equestris.

HISPANIA, Caput muliebre cum duobus Piliis, & Scuto à tergo.

*Hispania imaginis ob Prouincia fertilitatem, & in re militari præstantiam Spica, Clypeus, & Hasta appicta sunt. Statua verò Equestris, potest ad Galba Equestris statuam aliquam pertinere, qua ab Hispanis ei decreta sit.*

SER. GALBA IMPER.

CONCORDIA PROVINCIARVM. ( Figura stans, dextra Ramum, sinistra Cornucopiæ,

\* ( Figura sedens, dextra Pateram. *Oysel. Tab. 81. n. 11.*

SER. GALBA IMP. AVG. Figura Equestris.

TRES GALLIÆ. Tria foeminea Capita cum tribus Spicis.

IMP. SER. GALBA CÆSAR AVG. P. M.

IMP. Figura Equestris.

IMP. SER. GALBA AVG.

DIVA AVGVSTA. Figura Stolata stans, dextra Pateram, sinistra Hastam.

LIBERTAS PVBLICA. Libertatis Typus.

ROMA RENASC. Figura Galeata, dextra Victoriolam.

S. P. Q. R. OB C. S. In Corona Quercea.

\* VIRTVS. Figura nuda stans, dextra Parazonium, sinistra Hastam. *M. N.*

\* VICTORIA P. R. Victoria alis expansis, sinistro pede Globo innixa, dextra Lauream, sinistra Palmam. *M. N.*

IMP. SER. SVLP. GALBA CÆSAR AVG. TR. P.

IMP. Figura Equestris.

IMP. SER. GALBA CÆSAR AVG.

\* HISPANIA. Figura stans, dextra tres Spicas, sinistra duo Spicula cum Clypeo. *Pat. Thesauro.*

IMP. SER. GALBA CÆSAR AVG.

DIVA AVGVSTA. Vt superior Aur.

HISPANIA. Figura Stolata stans, dextra Spicas cum Papavere, sinistra Scutum cum duabus Hastis;

ROMA RENASCENS. \* ( Figura Galeata stans, dextra Victoriolam. *Vaill. Tom. 2. f. 41.*

\* ( Figura mil. Galeata stans, dextra Victoriolam, sinistra Hastam per transfuersum. *Pat. Suet. f. 345.*

\* ROMA RENASC. Eodem Typo. *Pat. Thesauro.*

\* SALVS GENERIS HVMANI. Figura stans coram Ara accensa, dextra Pateram, sinistra Temonem, dextro pede Globum calcans, *ex Pat. Suet. f. 342.*

SALVS ROMANI. Idem cum priore.

VICTORIA P. R. I. Victoria stans, dextra Sertum, sinistra Palmam.

SER. GALBA IMP. Figura Equestris.

\* Figura Galeatâ gradiens, dextra Globum cum insidente Victoriola, sinistra Hastam per transfuersum. *Pat. Suet. f. 341.*

SER. GALBA IMP. CÆSAR AVG. P. M. TR. P.

VICTORIA GALBÆ AVG. ( Victoria insidens Globo,

( Victoria dextra Sertum, sinistra Ramum Palmæ portendens super humerum,

Suetonius in Galba, *Supervenientibus ab Urbe Nuncijs, ut occisum Neronem, cunctosque in verba sua iurasse cognouit deposita Legati, suscepit Caesaris appellationem, iterque ingressus est paludatus, ac dependente cernicibus Pugione ante pectus, nec prius usum Togæ reciperavit quam oppressis, qui novas res moliebantur, Prefecto Pratorij Nymphidio Sabino Roma, in Germania Fonteio Capitone, in Africa Clod, Macro Legatis. Hæ sunt Galbæ Victoriæ, quibus referendi Nummi,*

VIRTVS . . . . . Figura stans, dextra Victoriolam,

SER. GALBA IMP. CÆS. AVG. TR. P.

\* BONI EVENTVS. Figura virilis nuda dextra Pateram, sinistra Spicas, *ex Vaill. Tom. 2. f. 40.*

FORTVNÆ REDVCI. *Golzins,*

SER. GALBA IMPERATOR.

\* VICTORIA P. R. I. Victoriâ instans Globo, dextra Lauream, sinistra Palmam, *Pat. Thesauro.*

SER. SVLPICI GALBA IMP. CÆSAR. AVG. P. M. TR. P.

HONOS, ET VIRTVS. Duæ figuræ militares stantes.

LIBERTAS RESTITVTA, ( Tres figuræ, vna Imp. ad cæsus genua alia procumbit, tertia assistit. ( Roma genuflexa Imp. gratias agit, ob restitutam libertatem à Nerone olim acceptam,

MARS VICTOR. Mars nudus, dextra Spolia, sinistra Hastam.

IMP.

## IMP. GALBA.

- \* BONI EVENTVS. Figura nuda stans, dextra Pateram, sinistra Spicas cum Papauero. *Patin. Thesaurus.*
- \* GALLIA HISPANIA. Duæ figuræ iungentes dextras, quarum vna sinistra Hastam tenet, alia binis Hastas cum Clypeo. *Pat. Sueton. f. 344. Concordia Galliarum, & Hispaniarum, in Galba fauorem, testis Nummus.*
- \* HISPANIA. Figura militaris stans, dextra Spicas cum Papauere, sinistra duas Hastas, cum Scuto. *ibidem.*
- \* IMP. CÆS. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. P. REST. Libertatis stantis Typus. *Pat. Suet. f. 344.*
- \* ROMA RENASCENS. Figura mil. stans, dextra Victoriolam, sinistra Hastam per transfuersum. *Num. Fascb.*

## SER. GALBA IMP. Figura Equestris.

- \* GALLIA. Caput fœmineum, antè quod duæ Spicæ, retrò duæ Halte puræ cum Scuto. *Patin. Suet. f. 344.*

## IMPERATOR GALBA. Caput Laur.

- \* S. P. Q. R. In Clypeo, circum quem Corona Quercea. *Patin. Thesaurus.*
- \* REST. NVM. Caput fœmineum: *Seguin. fol. 123. RESTITVTOR NVMIDIÆ legit Illustrissimus Spanhemius f. 828., qui eruditissime ut solet Nummum explicat.*

## SER. SVLP. GALBA IMP. CÆSAR AVG. TR. P.

- \* FORTVNA AVG. Fortuna stans, dextra Temonem, sinistra Cornucopiæ. *Vaillant. t. 2. f. 40.*
- \* HISPANIA CLVNIA SVL. Imp. sedens Laureatus dextram porrigit figuræ mul. stanti, quæ illi Palladium dextra porrigit, sinistra Cornucopiæ. *Oyfel. Tab. 30. num. 10.*
- \* IMP. AVG. Figura muliebris Stolata stans, dextra Spicas, & Papauera, læua Clypeo innixa. *Vaill. T. 1. f. 41.*

## SER. GALBA IMP. CÆSAR AVG. Caput Galbæ, sub quo Globus.

- \* S. P. Q. R. In Clypeo, circum quem Corona Quercea, *M. N.*

## IMP. SER. GALBA AVGVSTVS.

- \* HISPANIA CLVNIA SVL. S. C. Imp. sedens, cui Hispania læua Cornucopiæ præbet. *Ind. Cauortorta.*

S. P. Q. R. OB CIVES SER. In Corona Quercea, *Ind. Cauortorta.*

## IMP. SER. GALBA AVG.

LIBERTAS PVBLICA. S. C. Libertatis Typus.

## IMP. SER. SVLP. GALBA CÆSAR AVG. TR. P. al. TR. POT. al. absque TR. P. in alio CÆS.

- \* ADLOCVT. S. C. Imp. alloquitur Cohortes, *M. N.*
- \* CERES AVGVSTA S. C. Ceres sedens, dextra Spicas, sinistra Caduceum.
- \* LIBERTAS PVBLICA S. C. Vt superior. *M. N.*
- \* PAX AVGVST. S. C. Pax stans, dextra Ramum, sinistra Caduceum. *M. N.*
- \* ROMA RENASCENS S. C. Figura militaris Galeata, dextra Victoriolam, sinistra Aquilam Legionariam per transfuersum. *Tristan. Tom. 1. f. 252.*
- \* ROMA RENASC. S. C. Eodem Typo. *Num. Arscot. Tab. 21. num. 27.*

## SER. GALBA IMP. CÆS. AVG. alius SER. GALBA CÆS. AVG.

- \* PAX AVG. S. C. Figura stans, dextra Ramum, sinistra Cornucopiæ. *M. N.*

S. P. Q. R. OB CIV. SER. In Corona Quercea.

*Æ.*

## GALBA CÆSAR AVG. P. M. TR. P.

- \* SALVS AVGVSTI S. C. Dea Salus stans, Columnæ nixa, Serpentem dextra, sinistra Pateram tenet. *ex Ind. Polatio.*

SER. GALBA IMP. CÆS. AVG. TR. P. in alio deest TR. P. *Ind. Cauortorta.*

ADLOCVTIO S. C. Imp. alloquitur Cohortes.

EX S. C. OB CIV. SERVATOS. In Corona Quercea.

FELICITAS PVBLICA S. C.

- \* LIBERTAS AVGVVS. S. C. Libertatis stantis cum Pileo Typus, *M. N.*

LIBERTAS PVBLICA S. C. Vt superiores.

PAX AVG. S. C. ( Figura stans, dextra Ramum, sinistra Cornucopiæ.

\* ( Figura sedens, dextra Ramum. *D. Horacij Bellini.*

- \* SALVS AVGVST. S. C. Salutis stantis Typus. *Ind. Cauortorta,*

S. C. | Victoria sinistra Palmam, dextra Victoriolam,

| Victoria dextra Sertum, sinistra Palmam.

- \* S. P. Q. R. OB CIV. SER. In Corona Ciuica. *Ex Ind. Polatio.*

## IMP. SER. GALBA AVG. TR. P.

ROMA S. C. Roma insidens spolijs dextra Hastam,

S. C. Victoria gradiens dextra Palladium,

VESTA S. C. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam.

## IMP. SER. GALBA CÆS. AVG. TR. P. in alijs SVLP.

ADLOCVT. S. C. Imp. alloquitur Cohortes.

CERES AVGVSTA S. C. Figura sedens, dextra Ramum, sinistra Hastam.

CONCORD. AVG. S. C. Figura sedens, dextra ramum Oleæ, sinistra Hastam.

- \* CONCORDIA AVG. S. C. Vt superior. *Ex Ind. Polatio.*

LIBERTAS PVBLICA S. C. Libertatis Typus.

PAX AVGVST. S. C. Figura stans, dextra Ramum, sinistra Caduceum.

S. C. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam.

- \* VESTA S. C. Vesta sedens, sinistra Hastam, dextra Palladium. *Num. Fascb.*

## SER. GALBA IMP. CÆSAR AVG. TR. P.

- \* CONCORD. AVG. S. C. | Figura sedens, dextra Ramum. *Ind. Polatio.*

\* | Figura sedens, dextra Ramum, sinistra Hastam. *M. N.*

- \* LIBERTAS PVBLICA S. C. Libertas stat, dextra Pileum, sinistra Hastam. *Ind. Cauortorta.*

- \* PAX AVGVSTI S. C. Pax stans, sinistra Cornucopiæ, dextra Ramum. *ibidem.*

- \* ROMA S. C. Roma stans, dextra Victoriolam, sinistra Hastam. *Ind. Cauortorta.*

\* ROMA

- \* ROMA S. C. Roma Galeata insidens spolijs, dextra Victoriolam, sinistra cubito Clypeo adnicens. *Ind. Cauroreana.*
- \* S. C. Victoria gradiens, dextra Sertum, sinistra Palmam. *ibidem.*
- SER. GALBA IMP. CÆSAR AVG. PO. MA. TR. P.
- LIBERTAS PVBLICA S. C. Libertatis Typus, vt superiores. *Num. Fasc.*
- SVL. GALBÆ AVG. IMP. P. P.
- \* L. CAN. AGRIPPÆ II. VIR. Templum pluribus suffultum Columnis, ad quod per scalam ascenditur. *Pat. Ind. f. 7.*
- SER. GALBA IMP. CÆSAR AVG.
- \* S. P. Q. R. OB CIVES SER. Corona Ciuica. *Ind. Cauroreana.*
- SER. GALBA IMP. CÆSAR AVG. P. M. TR. P. P. P.
- \* LIBERTAS AVGVST. R. XL. Libertatis Typus, cum Pileo, & Hasta. *Angellon. f. 67. n. 10.*
- SER. GALBA IMP. AVG.
- \* QVADRAGENS. REMISSÆ. Arcus, supra quem duo Equites decurrentes, in Arcus vestigio Figura stans, quam tres alia comitantur. *Pat. Suet. f. 347.*
- Quadragesima vestigial à Nerone cum alijs remissum A. V. C. 811. scribit Tacitus 13. Annal. postea verò à Nerone reductum fuisse, nos docent hi Nummi, quibus S. P. Q. R. Galba publicam restatur latitiam, ob Quadragesimam ab eodem remissam. De quo tamen omnes silent Auctores.*
- SER. GALBA IMP. CÆSAR AVG. P. MAX. TR. POT.
- \* XXXX. REMISSA S. C. Arcus, supra quem Quadriga, in qua Victoria Imp. coronat. *Srada f. 41.*
- \* ROMA R. XL. S. C. Roma Galeata stans, dextra Globum, supra quem Victoria, sinistra Aquilam Legionariam per transfersum. *Tristan. t. 1. f. 252.*
- \* AVGVSTA S. C. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam. *Angell. f. 67. n. 8.*
- \* LIBERTAS XL. S. C. Figura mulieris stolata, dextra Pileum, sinistra Hastam puram. *Vaill. t. 1. f. 23.*
- \* XXXX. REMISSÆ S. C. Arcus, aut Porticus sine Figuris. *Idem f. 24.*
- \* XXXX. REMISSA S. C. Vir ferens spolia. *Spanhem. f. 797.*
- \* QVADRAGESIMA REMISSA S. C. Arcus, aut Porticus, supra quem Quadrigæ Triumphales; Tres Figuræ nudæ, manibus post terga reuinctis ad Arcum properant, quas alia Figura baculo elato insequitur. *Vaillant. t. 1. f. 23.*
- \* SECVRITAS ROMANA S. C. Sedens. *Pat. Ind. f. 7.*
- SER. SVLP. GALBA IMP. CÆSAR AVG. P. M. TR. P. *al. SVLPI.*
- \* HISPANIA CLVNIA SVL. S. C. Figura sedens, sinistra Parazonium, dextram porrigens Figuræ stanti, quæ illi Victoriâ offert. *Scheda Pedrustana.*
- \* PAX AVGVSTA. Figura stans, sinistra Cornucopiæ, dextra Facem, quæ arma comburit. *Ind. Cauroreana.*
- \* SENATVS PETATI AVGVSTI S. C. Duæ Figuræ stantes, vna Imp. paludati, alia Senatus togati, sinistra Lauri ramum tenentis, dextra Lauream capiti imponentis. *Spanhem. f. 723.*
- S. C. | Tria Signa Militaria, sub quorum duobus extremis Proræ Nauium.
- \* | Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *M. N.*
- IMP. SER. GALBA AVG. TR. P. P. P.
- \* S. C. Imp. in substructione, cum alia Figura Togata alloquitur Cohortes, tenentes plura Signa Militaria Labarum, & Scutum, in quo ( apud Laureatum. *Num. Arscot. tab. 21. n. 22.*
- SER. SVLP. GALBA IMP. CÆSAR AVG. TR. P. P. P.
- \* PROVIDENT. S. C. Ara cum Igne. *M. N.*
- SALVS AVGVSTI S. C. Salutis Typus.
- SECVRITAS P. ROMANI S. C. Figura insidens, subfello, dextram admouens capiti, sinistro cubito sellæ nixa, antè pedes Ara.
- IMP. SER. GALBA CÆS. AVG. P. M. TR. P.
- \* LIBERTAS PVBLICA S. C. Libertatis Typus. *M. N.*
- SER. GALBA IMP. CÆS. AVG. P. M. TR. P. *al. CÆSAR.*
- \* HONOS, ET VIRTVS S. C. Duæ Figuræ stantes, vna seminuda, dextra Hastam, sinistra Cornucopiæ, alia Galeata, dextra Hastam, sinistra Parazonium, dextro pede Galeam calcans. *Tristan. Tom. 1. f. 257.*
- \* S. C. | Arcus Triumphalis, supra quem Imp. in Quadrigis. *Tristan. Tom. 1. f. 252.*
- \* | Tria Signa Militaria humi defixa. *Angellon f. 67. n. 6.*
- SER. GALBA IMP. CÆSAR AVG. P. M. TR. P. P. P.
- \* DIVA AVGVSTA S. C. Figura muliebris stans cum Hasta, & Pateta. *R. P. Cattanei.*
- IMP. SER. GALBA CÆS. AVGVST. Caput Galbæ.
- \* DIVÆ LEPIDÆ AVGVST. Caput Lepidæ Galbæ Vxoris velatum. *Musæi Lecopardi.*
- IMP. SER. SVLP. GALBA CÆS. AVG. TR. P.
- \* FELICITAS AVGVSTI S. C. Figura stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiæ. *ibidem.*
- \* PAX AVGVSTA S. C. Figura sedens, dextra Ramum, sinistra Caduceum. *Ind. Polatio.*
- \* S. P. Q. R. OB CIVES SERVATOS. In Corona Ciuica. *ibidem.*
- SER. SVLPI. GALBA IMP. CÆSAR AVG. P. M. TR. P.
- \* REMISSA XXXX. S. C. Duplex Arcus, supra quem quatuor Equi. *Patin. Thesauro.*
- \* ROMA R. XXXX. S. C. Figura Militaris Galeata stans propè Trophæum, cui sinistro brachio nititur, dextra Victoriolam, sinistra Sceptrum. *ibidem.*

GALBA CÆS. AVG. P. M. TR. P. COS. II.

COSS. Ser. Sulp. Galba Aug. II. T. Iunius Crispinus.

Hoc anno A. D. XVII. Kal. Febr. Galba Aug. occisus est.

A. V. C. 822.  
Christi 69.

- Ar. SER. GALBA IMP. CÆS. AVG. P. M. TR. P. COS. II.
- \* PIETATI AVGVSTI. Imp. sedens, sinistra Globum, dextram portendit supra Figuram paruanstantem. *Num. Arscot. tab. 22. n. 23.*

Cc

\* ROMA

- \* ROMA VICTRIX. Figura Galeata stans, dextra elata cum Ramo, sinistra Hastam dextro pede Globum calcans. *Num. Arscot. tab. 22. n. 19.*
- IMPERAT.
- \* HISPANIA GALLIA. Figuræ duæ Galeatæ, & Togatæ stant, ac dextras sibi mutuo porrigunt, vna earam Scutum habet, & Pilum tendit deorsum, altera Pilum quoque gestat, sed sursum, & sine Scuto. *Smetius.*
- SERG. SVLP. GALBA IMP. CÆS. AVG. TR. P. P. P.
- \* HISPANIA CLVNIA SVL. IMP. VESP. REST, Figura muliebris stans, manus Imperatori præbens, *Ex Museo Magno J. C. Bon.*
- \* SER. GALBA IMP. CÆS. AVG. P. M. TR. P. COS. II.
- \* EQVITAS S. C. Figura stans, dextra Bilancem, sinistra Hastam. *Num. Arscot. tab. 22. n. 16.*
- \* IMP. T. VESP. AVG. P. M. TR. P. VIII. S. C. *Vaillant. T. 1. f. 24.*
- \* IMP. T. VESP. REST. S. C. | Figura muliebris stans dextra Pileum. *ibidem f. 24.*
- \* | Figura muliebris stolata stans, dextra comburens spolia, sinistra Cornucopiz. *ibidem.*
- IMP. SER. SVLP. GALBA CÆSAR AVG.
- \* S. C. . . . . CÆS. DIVI VESP. . . . VESP. COS. VII. P. P. In circuitu Nummi. *Musæi Paparotti.*

## NUMMI GALBÆ IN COLONIIS CVSI.

Col. Aug. Aroc Patr.

## IMPERATOR GALBA.

COL. A. A. PATR. XXII. Aquila Legionaria media duobus signis Militaribus. *Patin. Ind. fol. 8.*

*Putavit Eruditissimus Patinus in notis ad hunc Nummum, Galba cum Legione XXII. aliquam intercessisse familiaritatem, ex qua Nummus eius exinde fuerit, sed pace tanti Viri de re antiquaria optime meriti, liceat meam proferre sententiam, in hæc verba. Legio XXII. imposita erat huic Colonia Aroc, siue ibi stationem habebat, omnesque Imperatores, ut ad Augusti dignitatem perveniebant eius Nummis cum Colonia, & Legionis nota demereri studebat, sic & Claudium, & Neronem ante Galbam, & Domitianum post, Nummis eodem Typo eius demereri voluit, me tamen &c.*

Cibalis.

. . . . CÆSAR. Caput Galbæ.


EX CONSENSV C. CIB. Victoria gradiens ambabus manibus Sertum tenens. *R. P. Cattani.*

Corinthus.

SVL. GALBÆ AVG. IMP. P. P. Caput.

L. CAN. AGRIPPÆ II. VIR COR. Templum pluribus Columnis, & Scalis ornatum. *Pat. Ind. f. 8.*

33



## M. SALVIUS OTHO.

Otho nascitur Camillo Aruntio, & Domitio Aenobarbo Cofs. ex Principibus Etruriæ, Patre L. Salvio Othone, Matre Albia Terentia. In ambitionibus nihil omisit. Homo nimis elegantis, & mollitudinis corporis studiosus; nam vulso corpore, galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato, faciem quoque radere, & pane madido linere consuevit à prima lanugine, ne barbatus unquam esset. Is cum Vitellio congressus, impar in certamine se ipsum confodit, cum Imperasset dies 95. Multi manus, & pedes eius deosculati sunt, & cum incolumem gravissimè eum detestati essent. Mortuum laudibus extulerunt, & dixerunt Galbam, non tam dominandi, quam Reipublicæ, & libertatis causa ab Othone fuisse interemptum. *Plutarchus in Othone scribit,* Milites, summa fide erga Othonem perstitisse, ita ut ne mortui quidem illius eos desiderium reliquerit, quando Brixilli, quod Oppidum erat ad Padum, se ipsum pugione interemit, æt. anno 37. cum tribus mensibus imperasset.

M. SALVIUS OTHO CÆS. AVG. P. M. TR. P. COS. II.

COSS. *M. Saluius Otho Aug. II. L. Saluius Titianus.**A. D. XVII. Kal. Februarij occiso Galba Augustus dicitur.**A. V. C. 822.*  
*Christi 69.*

*Aug.* M. OTHO CÆSAR AVG.

SECVRITAS P. R. Figura stans, dextra Sertum, sinistra Cornucopiz, *in alijs* Hastam.

IMP.

IMP. M. OTHO CÆSAR AVG. TR. P.

SECVRITAS P. R. Figura stans, dextra Ramum, sinistra Hastam,

\* VICTORIA OTHONIS. ( Victoria stans, ambabus manibus elatis, cum Sertis. *Pat. Succ. f. 360.*  
\* ( Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam, *ibidem.*

\* PAX ORBIS TERRARVM, Figura stans, dextra Ramum, sinistra Caduceum. *Spanhem. f. 849.*  
\* SECVRITAS. Mulier stans, dextra Corollam, ex *Musæo Mauroceno I. C. Bon.*

M. OTHO CÆSAR AVG.

SECVRITAS P. R. Figura, dextra Sertum, sinistra Cornucopiæ, in aliq Hastam.

IMP. OTHO CÆSAR AVG. TR. P.

PON. MAX. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam,

PONT. MAX. Figura Equestris, dextra Hastam,

PON. MAX. ( Figura Stolata stans, dextra Spicas, sinistra Cornucopiæ,

( Figura Stolata stans, dextra Bilançem, sinistra Hastam.

\* SECVRITAS POP. ROM. Figura sedens, dextra Bacillum, sinistra Sellæ nixa. *Num. Arscot. Tab. 23. num. 4.*

\* PONT. MAX. Figura sedens, dextra Ramum Lauri, sinistra Hastam. *ibidem num. 7.*

\* IOVIS CVSTOS. Iupiter sedens, dextra Fulmen, sinistra Hastam, *ibidem num. 8.*

IMP. M. OTHO CÆSAR AVG. TR. P.

SECVRITAS P. R. ( Figura stans, dextra Ramum, sinistra Hastam,

\* ( Figura stans, dextra Lauream, sinistra Bacillum, *Angell. f. 69. num. 3.*

IMP. M. OTHO CÆSAR AVG. TR. P.

CLEMENTIÆ AVGVSTÆ. *Golzius num. 3.*

\* CONCORDIA PRÆTORIAN. Figura Palliata, dextram porrigit Figuræ militari dextra Hastam tenenti. *Pat. Succ. f. 357.*

FELICITAS ORBIS. *Golzius num. 4.*

PAX ORBIS TERRARVM. { Figura stans, dextra Caduceum, sinistra Ramum,

{ Figura stans, dextra Ramum, sinistra Caduceum.

\* { Figura stans, dextra Ramum, sinistra Cornucop. *Angellon. f. 69. num. 2.*

\* PONT. MAX. Figura stans dextra tres Spicas, sinistra Cornucopiæ, *Pasin. Thesauro.*

PONT. MAX. COS. II. *Panvin. lib. 2. Fast.*

VICTORIA OTHONIS. ( Victoria stans, utraque manu Sertum.

( Victoria gradiens dextra Sertum, sinistra Ramum Palmæ,

\* ALEXANDRIA. Caput Turratum. *Maioris Moduli Ar. ex Gallandio Sponnius.*

\* ROMA. Figura Galeata stans, dextra Victoriolam, sinistra Hastam. *Num. Arscot. Tab. 23. num. 11.*

\* SECVRITAS P. R. Figura stans, dextra Sertum, sinistra Bacillum, ponè Columna. *ibidem n. 13.*

IMP. OTHO CÆS. AVG.

\* S. C. In Corona Ciuica. *Moduli maximi Ar. apud Petrum Cherchemont I. C. Bon.*

IMP. CÆS. OTHO AVG. P. M. TR. P. P. P. COS.

PAX AVGVST. S. C. Dea Pax stans, dextra Ramum, sinistra Cornucopiæ.

IMP. M. OTHO AVG. P. M. COS. II.

SALVS AVGVST. S. C. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam.

IMP. OTHO CÆSAR AVG. TR. POT.

SECVRITAS P. R. { Figura togata, dextram porrigens Militi armato super Aram, cum alijs Militibus adstantibus cum signis militaribus.

\* { Figura sedens, dextra Sertum, sinistra Hastam puram. *Musæi Bulgherini.*

IMP. M. OTHO CÆ. . . . .

\* S. C. In Laurea. *Strada f. 43.*

IMP. OTHO CÆSAR AVGVST. TR. P.

\* IMP. TITVS AVGVSTVS, RESTIT. S. C. Figura seminuda Palliata, & Galeata, dextra elata, sinistra Hastam. *Num. Arscot. Tab. 23. num. 14. 15.*

IMP. M. OTHO CÆS. AVG. Caput Othonis Laur.

\* S. C. In Laurea. *Vaillant. Tom. 1. f. 25.*

M. OTHO CÆSAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.

\* T. CÆS. DIVI VESP. F. AVGVSTVS. S. C. In medio Nummo. *Scheda Pedrusiana.*

IMP. M. OTHO CÆS. AVG.

\* S. C. In Laurea. *Thes. Theopol.*

*Ex Nummis Othonis Aeneis latinis, quos inspicere licuit, duos tantum indubitata fidei meâ vidisse testor, primum à Tito restitutum, cuius supra memini, ex Schedis Pedrusianis, alterum in Thesauro Illustrissimi, & Excellentissimi Domini Io: Dominici Theupoli Pat. Ven. quem eiusdem humanitate contrectare licuit, cum Verona Præura fungeretur. Caterum A. plures Gracos, & in eodem Thesauro Theupolo, & pens Reue. Patrem Castanum, & Mansua apud D. Oratium Bellinum, Serenissimi Regnantis Caroli II. Mantua, & Montisferrati Ducis à Cubiculo, inter plura centena antiquorum Nummorum exquisitorum magna cum voluptate vidi, & suo tempore publici iuris fieri.*

ALBIA TERENTIA VXOR OTHONIS.

Splendida, & illustris mulier, quæ duos peperit filios, Lucium, & Marcum Titianos, & filiam Druso Germanici filio desponsatam. *Sueton. in Othone.*



## AVLVVS VITELLIVS.

Vitellius nascitur Druso Cæsare, & C. Norbano Flacco Cos. Patre L. Vitellio, Matre Sextilia, obscuro genere, & Auo Cassio Seuero, Sutore Veteramentario. Vir enormi proceritate, facie rubida, ventre obeso, tam sordidæ gulæ fuit, vt ne in Sacrificio vnquam, aut itinere vlllo temperauerit, quin inter altaria ibidem statim viscus, & farra penè rapta è foco manducaret, circaque pœpinas viarum, fumantia opsonia, vel pridiana, atque semesa. Fuit itaque satis comes Mulionibus, & Viatoribus, vt manè singulos num iam ientassent sciscitaretur, seque fecisse ructu quoque ostenderet: Aliquando etiam in vna Coena iussu suo, duo millia Piscium, & septem millia Auium apposita sunt. Adolescentes Imperio allicefactos vario genere fraudis interemit: quendam in ipsa salutatione supplicio traditum, statimque reuocatum, Clementiam eius laudantibus coram interfici iussit, velle se, dicens, pascere oculos; eidem penè duos filios adiecit, precari pro Patre conantes. Vespasiani fratrem Sabinum compulit in Capitolium; quo succenso ipsum cum socijs suis cremavit. Pannonici, Mœsiaci, Iudæi, & Syriaci Exercitus defecerunt, ab ipso ad Vespasianum. Ipse Romæ in Cellulam Ianitoris confugit in Palatio, vnde ab Exercitu Vespasiani extractus est, iniecto ceruicibus laqueo, reducta à capite coma, atque etiam mento mucrone gladij subiecto, vt visendam præberet faciem, tractus est in Forum, quibusdam stercore, & cœno incessentibus, tandem ad Gemonias Scalas paruis iētibus excarnificatus, & vncō tractus est in Tiberim.

AVLVVS VITELLIVS A. F. A. N. AVGVSTVS P. M. TR. P. COS. DES. II. IMP. GERMANICVS  
AB EXERCITV GERMANICO A. D. III. NON. IAN. SALVTATVS.

COSS. Kal. Martij. M. Saluius Otho Aug. II. L. Saluius Titianus.

A.V.C. 822.  
Christi 69.

Hoc eodem anno occisus est Vitellius A. D. IX. Kal. Ian.

- An.** A. VITELLIVS IMP. GERMAN. *ali* TR. P.  
CLEMENTIA IMP. GERMAN. Figura sedens, dextra Ramum, sinistra Columnæ nixa.  
VESTA P. R. QVIRITVM. Vesta sedens, dextra Pateram, sinistra Facem.  
VICTORIA GERMAN. Victoria dextra Lauream.  
*Nomen Germanici Vitellio statim additum, Casarem se appellari etiam Victor prohibuit.*  
Tacit. lib. 17.
- A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. AVG. *ali* TR. P.  
ADVENTVS AVGVSTI. Duæ Figuræ iungentes dextas.  
FORTVNÆ REDVCI. Figura sedens, dexta Temonem, sinistra Cornucopiæ, ad reditum Vitellij referendus.  
LIBERI IMP. GERMAN. AVG. Duo puerilia capita se respicientia.  
*Ex Petronia Consularis Viri Filia A. Vitellius Aug. Vitellium Petronianum Filium suscepit, altero oculo captum, is cum à Matre esset institutus heres, cum conditione, si à Patris potestate exisset. Vitellius Pater manu emisit, brauisque veneficy insimulatum interemit.*  
*Ex Galeria Fundana, secunda Vxor, duos alios habuit filios Vitellius Aug. primo marem L. nomine, oris titubantia penè mutum, quem Mucianus Vespasiani Dux, ad belli semina extinguenda occidit; Secundo fœminā, quam Vespasianus rerum potitus splendidissime maritauit.*  
*In Nummo verò hi Fratres sculpti sunt, scilicet L. Vitellius, & Vitellia, cum iam Petronianus veneno necatus fuisset.*
- A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG. TR. P. Caput Vitellij Aug.  
CONCORDIA P. R. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Cornucopiæ.
- \* LIBERI IMP. GERM. AVG. Duo capita puerilia se respicientia. *Petri Rossini Roma.*  
L. VITELLIVS COS. III. CENSOR. Caput L. Vitellij.  
*L. Vitellius hoc Denario signatus Pater A. Vitellij Imp., primò Cos. cum Paulo Fabio A. V. C. 787. Secundo cum Ti. Claudio III. A.V.C. 796. Tertio cum Ti. Claudio IV. A.V.C. 800., cumque eodem Claudio Aug. Censuram gessit, Vir innocens, & industrius, sed maximus adulator, decessit paralyti, relictis ex Sextilia duobus liberis, quos ambos toto anno V.C. 801. Cos. vidit, cum L. Vitellius minor filius A. maiori in sex menses successisset. Defunctum publico funere Senatus excoluit, posita etiam Statua pro Rostris cum inscriptione.*

## PIETATIS IMMOBILIS ERGA PRINCIPEM.

- A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG. TR. P. Caput Vitellij Aug.  
S. P. Q. R. AVGVSTI. Forè VIC. Victoria cum Scuto.
- A. VITELLIVS GERMAN. IMP. TR. P. *ali* IMP. AVG.  
XV. VIR. SACR. FAC. Tripus cum Delphino, & Coruo.  
*Tripodes Mensa fuerunt in Templo Apollinis Delphici, in quibus posita Phœbades, futura prædicabant. Tripus hic dicebatur, & Cortina, vel quod Cor teneret, secundum Grammaticos, vel quod Corio septus esset Serpentis.*

Aui-



*Auicula hac potest esse Cornix, quam ad diuinitatem facere, prater cetera, versus ille Virgil. Bucol. IX. Ecloga indicat.*

*Quod nisi me quacumque nouas componere lites  
Ante sinistra caua monuisset ab Ilice Cornix:  
Nec tuus hic Mæris, nec viueret ipse Menalcas.*

*Potest, & Coruus esse, qui & ob id Apollini, uaticiniorum præsdî, sacer est; Bonum enim, augurium erat, si Coruus dextra, Cornix sinistra volaret. Cic. de Diuinat. Picus etiam Rex Latinus, domi Picum habuit anem, per quem futura cognoscebat, vide Setuium in 7. Aenoid.*

*Ad nummum hunc explicandum facit Sueton. in Vitellio scribens, Eum priuatum etiam, Sacerdotis auctum amplissimis, quod quidem Sacerdotium ampliff. fuisse, vel hoc indicat, quod iam rerum potentem non puduerit inter titulos Imperatorios, vel hunc adscribere, Ad XV. Viros illos pertinebat librorum Sibyllinorum (quibus Pop. Rom. fata continebantur) inspectio, item & procuratio ludorum secularium.*

A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. AVG. P. M. TR. P.

\* I. O. MAX. CAPITOLINVS. Ara duarum Columnarum, in cuius medio figura sedens, dextra elata, sinistra Hastam. *Spanhem. f. 854. ubi Nummus eruditissimè explicatur.*

\* ADVENTVS AVGVSTI. Figura Equestris, dextra Hastam. *Num. Arscot. Tab. 23. num. 21.*

\* LIBERTAS RESTITVTA. *Spanhem. f. 778.*

\* PONT. MAX. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam. *Num. Arscot. Tab. 24. n. 14.*

\* PONT. MAX. TR. POT. AVGV. Tripus, supra quam Delphin. *ibidem num. 15.*

\* PONT. MAX. Figura sedens, dextra Hastam, sinistra Ramum Lauri. *ibidem num. 20.*

\* PRÆTORIANORVM. Duæ dextræ iunctæ. *Vaillant. Tom. 2. f. 46.*

*Duæ dextra iuncta, Concordia signum erant, Tacit. lib. 17. Centurio Sisenna, dextras Concordia signa. Syriaci Exercitus nomine ad Prætorianos tulit.*

A. VITELLIVS GERM. IMP. TR. P.

\* S. C. Figura Palliata sedens, dextra elata, sinistra Schedas. *Pat. Suet. f. 367.*

\* VICTORIA AVGVSTI. Victoria alata gradicens inscribit Scuto S. P. Q. R. *ex Cimelijs D. Caroli Torta I. C. Bon.*

Ar. A. VITELLIVS IMP. GERMAN. alij TR. P.

CLEMENTIA IMP. GERMAN. Figura sedens, dextra Ramum, sinistra Columnæ nixa.

CONSENSVS EXERCITVVM. Mars Gradivus, dextra Scipionem, sinistra Trophæum.

\* FIDES EXERCITVVM. Nexus manuum. *Thes. Theopol.*

IVPITER VICTOR. Iupiter sedens, dextra Victoriolam.

S. P. Q. R. OB C. S. In Corona Ciuica.

\* S. P. Q. R. P. P. OB C. S. In Corona Ciuica. *P. Cattanei.*

VESTA P. R. QVIRITVM. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Thædam.

VICTORIA AVGVSTI. (Victoria Globo infidens.

\* (Victoria stans, dextra Scutum. *P. Minij.*

*Ad Victoriæ quam Brixelli ad Padum de O. bone repercauit referendi Nummi.*

A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. AVG. P. M. TR. P.

\* CONSENSVS EXERCITVVM. Mars nudus gradicens, dextra Hastam, sinistra Trophæum.

*Angell. f. 73. num. 2.*

LIBERTAS RESTITVTA. (Figura Stolata, dextra Pileum, sinistra Hastam.

(Figura gradicens, utramque manum portendens.

VICTORIA AVGVSTI. Victoria, dextra Globum, in quo S. P. Q. R.

A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. in alio GERMAN. IMP. TR. P. in alio TR. P.

LIBERI IMP. GERMAN. AVG. Duo Capita puerilia se respicientia.

Victoria alata sedens, dextra Pateram, sinistra Palmam super humerum portensam.

A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG. TR. P.

\* A. VITELLIVS L. F. IMPERATOR COS. PERP. *Ex Golzio Spanhemius f. 704. ubi illustratur inscriptio.*

LIBERTAS RESTITVTA. Vt superior.

\* L. VITELLIVS COS. ILL. CENSOR. Caput Laureatum, antè quod Sceptum Eburneum. *Pat. Suet. f. 367.*

\* PONT. MAXIM. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam. *M. N.*

XV. VIR. SAC. FAC. Tripus cum Delphino, & Auicula.

S. C. Figura Palliata sedens, dextra elata, sinistra Schedas.

A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. AVG. alij TR. P.

LIBERI IMP. GERMAN. AVG. Duo Pueri se mutuo aspicientes.

A. VITELLIVS GERMAN. IMP. TR. P. in alio IMP. AVG.

XV. VIR. SAC. FAC. Vt superior.

PONT. MAXIM. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam.

\* CONCORDIA P. R. Figura sedens cum Patera, & Cornucopiæ. *P. Cattanei.*

\* CONCORDIA PRÆTORIANORVM. (Figura mul. stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiæ. *Oysel. Tab. 81. num. 10.*

\* (Figura mul. stans, dextra Ramum, sinistra Cornucopiæ. *Vaill. Tom. 2. f. 45.*

\* GER. CAPTA. Victoria Scutum imponit Trophæo, ad cuius pedes Captivus sedet, in Clypeo

VIC. GER. *Num. Arscot. Tab. 24. num. 19.*

\* PRÆTORIANORVM. Duæ dextræ iunctæ. *Vaillant. Tom. 2. f. 46.*

\* ROMA RENASC. Figura Galeata stans, dextra Victoriolam, sinistra Hastam. *Num. Arscot. Tab. 24. num. 9.*

\* VIC. AVGVSTI. Victoria alata stans, Clypeum trunco Arboris imponens; in Clypeo S. P. Q. R. *Num. Arscot. Tab. 24.*

\* VICTORIA AVGVSTI. Victoria alata gradicens Serto inscribit S. P. Q. R. *Thes. Theopol. A. VI.*

Dd

## A. VITELLIVS IMP. GERMANICVS.

I. O. M. CAPITOLINVS. Figura Iouis seminudi tenentis manu dextra Fulmen, sinistra Hastam, & sedentis in Templo. *Smertius*.

## A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG. TR. P.

\* PONT. MAXIM. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam. *M. N.*

\* L. VITELLIVS COS. III. CENSOR. Caput L. Vitellij cum Sceptro Consulari. *Patin. Thes.*

\* LIBERI IMP. GERMAN. Duo Capita se respicientia. *Patin. Thesaur.*

## A. VITELLIVS GERM. IMP. P. P.

\* LIBERTAS RESTITVTA. Figura seminuda stans, dextra Pateram, sinistra Hastam. *Ex Thes.*

*Mauroceno l. C. Bon.*

*E.*

## A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. AVG. P. M. TR. P.

\* ANNONA AVGVSTI S. C. Duæ figuræ vna stantis Fortunæ, alia Cereris sedentis, Prota Navis intermedia. *Vaillant. Tom. 1. f. 26.*

CONCORDIA AVGVSTI S. C. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Cornucopiæ.

HONOS, ET VIRTVS S. C. Signa Honoris, & Virtutis.

L. VITELL. CENSOR II. S. C. Imp. sedens, & coram eo tres Figuræ stolatæ.

\* L. VITELLIVS COS. III. CENSOR. Caput Laureatum, ante quod Sceptrum eburneum. *Strada f. 47.*

\* MARS VICTOR S. C. Mars gradiens, dextra Victoriolam, sinistra Trophæum, *ex Ind. Polatio.*

PAX AVGVSTI S. C. Pacis Typus, Figura stans, dextra Ramum, sinistra Cornucopiæ.

\* PAX GER. ROMA S. C. Roma Galeata sedens, sinistra Scuto mixta, dextra Victoriolam, quæ Lauream offert alie Figuræ togatæ, stanti, propè quam alia Figura muliebris. *Vaillant. com.*

*1. f. 27.*

PROVIDENTIA S. C. Templum.

\* PROVIDENT: S. C. Templum. *M. N.*

\* S. P. Q. R. OB CIV. SER. In Corona. *ex Ind. Polatio.*

VICTORIA AVGVSTI S. C. ( Victoria stans coram Palma, in qua Clypeus cum inscriptione OB CIV. SER.

( Victoria stans coram Palma cum Clypeo, in quo VIC. AVG.

## A. VITELLIVS IMP. GERMAN.

ÆQVITAS AVGVSTI S. C. ( Figura stans, dextra Bilancem, sinistra Cornucopiæ.

\* ( Figura stans, dextra Bilancem, sinistra Bacillum. *Num. Arscor. tab. 23. num. 24.*

CONSENSVS EXERCITVVM S. C. ( Mars graduius, dextra Scipionem, sinistra Trophæum.

\* ( Mars nudus Capite Galeato, dextra Scipionem, sinistra signum militare. *R. P. Cattanei.*

\* FIDES EXERCITVVM S. C. Nexus manuum. *R. P. Cattanei.*

\* LIBERTAS RESTITVTA S. C. Figura stans cum Pileo, & Hasta. *R. P. Cattanei.*

MARS VICTOR S. C. Mars gradiens, dextra signum militare, sinistra Victoriolam.

\* VICTORIA AVGVSTI S. C. Victoria cum Scuto, in quo S. P. Q. R. *R. P. Cattanei.*

## A. VITELLIVS GERMANICVS IMP.

FIDES EXERCITVVM S. C. Duæ dextræ iunctæ.

S. C. Victoria sedens, dextra Pateram, sinistra Palmam.

A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG. TR. P. *al. P. M. TR. P.*

\* PAX AVGVSTI S. C. ( Figura stolata stans, dextram porrigit figuræ Galeatæ, sinistra Clypeum tenenti. *Angell. num. 8. f. 73.*

\* ( Figura stans, dextra Oleæ Ramum, sinistra Cornucopiæ. *Ind. Cauortorta.*

PETRON. ET P. VITELL. . . . S. C. Duæ figuræ stantes, cum Pilis.

\* ROMA S. C. Roma spolijs insidens, dextra Victoriolam. *Ind. Cauortorta.*

\* S. C. Duplex Cornucopiæ Caduceo medio. *Angellon. f. 73. num. 7.*

\* VICTORIA AVGVSTI S. C. Victoria Galeam imponit Trophæo, sub quo Captivus humi sedet. *Angellon. f. 73. num. 6.*

A. VITELLIVS GERMAN. IMP. TR. P. *in alio IMP. AVG. P. M. TR. P.*

CONCORD. AVG. S. C. Figura sedens, dextra Ramum, sinistra Hastam per transfuersum.

\* L. VITELL. CENSOR II. S. C. Imp. sedens in substructione, ante cum quatuor figuræ stantes. *M. N.*

\* LIBERTAS PVBLICA S. C. Figura stans, dextra elata cum Serto. *R. P. Cattanei.*

\* MARS VICTOR S. C. Mars armatus Galeatus, dextra Victoriolam, sinistra Parazonium. *Ind. Cauortorta.*

\* S. C. Mars graduius. *M. N.*

## A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG. P. M.

\* ADVENTVS AVGVSTI S. C. Figura mil. Galeata, sinistra Clypeum cum Pugione, dextram porrigit figuræ Paludatæ, *Num. Arscor. tab. 23. num. 22.*

\* FORTVNÆ REDVCI S. C. Fortunæ Reducis, sedentis Typus. *ibidem num. 23.*

\* CERES AVGVSTA S. C. Figura sedens, dextra Spicas, sinistra Facem, *Num. Arscor. t. 24. n. 17.*

\* CERES AVG. S. C. Typus, vt superior. *Pat. Ind. f. 8.*

\* CLEMENTIA IMP. GERMAN. S. C. Figura feminuda sedens, dextra Spicas, sinistra Hastam. *Num. Arscor. tab. 24. num. 16.*

\* CONCORDIA AVGVSTI S. C. Figura sedens, dextra Pateram super Aram portendens, sinistra Cornucopiæ. *Angell. f. 73. num. 11.*

\* CONCORDIA EXERCITVVM S. C. Duæ dextræ iunctæ. *Vaill. t. 1. f. 16.*

\* CONCORDIA P. R. S. C. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra duo Cornucopiæ. *Num. Arscor. tab. 24. num. 21.*

\* L. VITELLIVS COS. III. CENSOR S. C. Figura sedens, dextra elata, pedibus Navis Protræ mixis. *Num. Arscor. tab. 24. num. 13.*

\* PROVID. S. C. Ala. *R. P. Cattanei.*

## A. VITELLIVS GERMAN. IMP. AVG. P. M. P. P.

\* LIBERTAS RESTITVTA S. C. Figura stans, dextra elata, Stolam tenens, cum Pileo, *Musei Moscardi.*

\* PAX AVG. S. C. Figura stans, dextra Ramum Lauri, sinistra Cornucopiz. *Num. Arscot. tab. 24. num. 10.*

\* PAX, ET VIRTVS S. C. Figura togata stans, dextram figuræ militari porrigens. *Vaill. t. 1. f. 26.*

\* ROMA RENASCENS S. C. Figura Galeata stans, dextra Victoriolam, sinistra Hastam puram. *Vaillant. rom. 1. f. 28.*

\* ROMA S. C. Figura mul. Galeata stans, dextra Victoriolam cum Serto, sinistra Hastam puram. *Angell. f. 73. num. 9.*

\* S. C. Victoria sedens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Num. Arscot. tab. 24. num. 8.*

\* SECVRIT. P. ROMANI S. C. Figura sedens, dextra velum leuans, antè quam Vas cum Facc. *Pat. Ind. f. 8.*

\* VICTORIA AVGVSTI S. C. Victoria Clypeum tenens, in quo S. P. Q. R. *Pat. Ind. f. 8.*

\* VICTOR AVGVSTI S. C. Victoria inscribens Clypeo, Trophæo appenso. *ibidem.*

\* VRBS RESTITVTA S. C. Figura Paludata, Galeato Capite stans, dextra extensa Victoriolam, sinistra Hastam gerens. *Vaill. tom. 1. f. 28.*

\* VRBEM RESTITVTAM S. C. Imp. stans, figuram muliebrem Galeatam genuflexam subleuat, à tergo Imp. duo Milites Galeati dextris Hastas, sinistris Scuta. *Angellqn. f. 73. num. 10.*

## A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG. P. M. TR. P.

\* LIBERI IMP. GERMA. Duo Filij Vitellij se se mutuo aspicientes, sine Corollis, *Ind. Caucortia, vbi additur; Aliud ex Ere non vidimus, ex Auro, & Argento plures Scriptores explicant.*

\* VICTOR AVGVSTI S. C. Stat Victoria alata, coram Palma, in qua Clypeus literis excis. *Ind. Caucortia.*

## A. VITELLIVS GERMA. IMP. AVG. P. M. TR. P.

\* SECVRITAS P. ROMANI S. C. Figura sedens, cubito sinistro Sellæ nixa, dextram Capiti imponens, antè eam Ara cum igne, ex qua erumpit Fax accensa. *Ind. Polatio.*

## NUMMI VITELLII IN COLONIIS CVSI.

Colonia Augusta.

*Ad quam ex Colonis Augustis referendus sit Nummus prorsus ignoro, cum nec Eruditissimus Patinus, qui Nummum descripsit, id aperuerit, nec Nummus adsit.*

COL. AVG. Colonus agens iugum Bouum. *Pat. Ind. f. 8.*

35



## FL. VESPASIANVS.

Vespasianus nascitur Phalactinz, Q. Sulpicio Camerino, & C. Poppæo Sabino Cofs. Patre T. Flavio Vespasiano, Matre Vespasia Polla: Vir staturæ quadratæ, membrisque compactis, & firmis, valetudinis prosperitæ, quam abstinentia, & frictionibus fouebat: eius vultum expressit Martialis, cum inquit.

*Et faciem durum Phæbe cacantis habes.*

& alibi.

*Et faciem sub aquis Phæbe natantis habes.*

Hic res gnauiter administravit in Syria, copias, & legiones auxit, & Ciuitates conuertit in se: præsens, & fortis in conspectu, aded vt in oppugnatione cuiusdam Castelli lapidis ictum genu, scuto sagittas aliquot exceperit. Cum Iudæi desciuisent, & ob humilitatem generis, & nominis eum spreuisent, omnes eorum Vrbes expugnauit, Hierosolima excepta, quam Titus F. cepit, incenditque, in cuius excidio vndecim centena millia ferro, & fame perierunt, centum millia capta, & venundata, quare Pater, & Filius eodem Curru triumpharunt, Domitiano sequente in Equo candido. In pretio autem habuit conquestos ex Dauidis Regia Stirpe. Iosephus ex nobilibus captiuis, cum conijceretur in vincula, constantissime asseueravit, fore, vt ab eodem breui liberaretur, sed Imperatore. Avaritia in eo notata est, quod exprobrauit in Bubulcus, qui negata sibi liberalitate suppliciter oranti, proclamabat, *Vulpem pilam, non mores, mutare.* Alij dicunt eum necessitate compulsus propter summam Ararij inopiam fuisse parcioem. Mediocritatem autem præscam nec dissimulauit vnquam, & irrisit eos qui Flauiam originem ad Herculis Comites referebant. Ingenia, & artes maximè fouit, Primus enim è Fisco Latinis, & Græcis Oratoribus annua salaria constituit: præstantes Poetas, & Artifices coluit. Tito F. eum reprehendente, quod etiam vringe vectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admoit naribus Titi, sciscitans num odore offenderetur, & illo negante, Atqui, inquit, è loquio est. Intestina creberrimo frigidæ aquæ vsu corruerat, vnde alio, vsque ad animi defectionem soluta thesmas ægrè petijt, vbi re non succedente *Imp. ait stantem oportere mori;* & dum nititur, inter manus subleuantium extinctus est, natus annos 69.

T. FLA.

T, FLAVIVS VESPASIANVS COS. DES. II. IMP. II. A. D. Kal. Iulij AVGVSTVS ab Exercitu Iudaico salutatur, & occiso Vitellio Roma A. D. IX. Kal. Ian. P. M. TR. P. IMP. III. dicitur.

COSS. Kal. Nouembris. C. Quintius Atticus, Cn. Cecil. Simplex.

A. V. C. 822.  
Christi 69.

- Ar.** CÆS. IMP. VESP. PON. TR. POT. CENS.  
VESTA. Templum Vestæ, in quo tres Figuræ.  
*Inter cætera, qua incendio A. V. C. 817. periere, referente Tacito lib. 15, Delubrum Vestæ cum Penatibus Pop. Rom. exusta sunt, hoc postea à Vespasiano restitutum, docent Nummi, quibus Vestæ Templum signatum est.*
- IMP. CÆS. VESPASIAN. AVG. CENS.  
PONTIF. MAXIM. Figura sedens, dextra Ramum, sinistra Hastam.  
VESTA. Vt superior.
- IMP. CÆS. VESPASIANVS AVG.  
ÆTER. Æternitatis Typus.
- CÆSAR VESPASIANVS AVG.  
ANNONA AVG. Figura sinistro lateri nixa.  
CERES AVGVST. Ceres stans, dextra Spicas, sinistra Pylum,  
IMP. Quadrigæ Triumphales.  
VICTORIA AVG. Sedens, dextra Lauream, sinistra Palmam.  
*Ad Victoriæ, quam de occiso Vitellio reportauit hoc anno referendus Nummus.*
- IMP. CÆSAR VESPASIANVS AVG. in alijs CAE.  
ANNONA AVG. Figura sedens, dextra Sellæ nixa, sinistra Spicas.  
*Tacitus lib. 4. Histor. Tumi (Vespasianus) celeritimas nauium frumento onustas, sæuo adhuc Mari committit, quippe tanto discrimine Vrbs nitabat, vt decem haud amplius dierum frumentum in horreis fuerit, cum à Vespasiano commeatus subuenere.*  
*Hinc Nummus gratitudinis testis signatus.*
- AVG. In medio Laureæ.  
IOVI CVSTODI. Iupiter stans coram Ara.  
TITVS, ET DOMITIAN. CÆSARES PRINC. IVENT. Duæ Figuræ Equestres decurrentes.  
*Post Vespasianum appellatum Augustum, Titus, & Domit. Cæsares dicti sunt, Principesque Iuuentutis: Titus à Patre in Iudæa, Domitianus vero ab Exercitu Roma, vt & Cæsaris, & Principis Iuuentutis appellationibus eorundem in Principatu Patris, successio signaretur.*
- \* FECVNDITAS. Figura feminuda propè Arborem humi sedens, sinistrum cubitum Vasi imponens, dextra Globum Stellatum tangit, Globo insunt quatuor Figuræ. *Patin. Thesaur.*
- IVNO. Iuno stans, sinistra Capedunculam, dextra Hastam puram.
- \* MATER AVGG. Cybele sedens in Quadriga Leonum, dextra Ramum, sinistra Sceptum. *Patin. Thesaur.*
- \* MAT. AVGG. MAT. SEN. MAT. PAT. Figura sedens, dextra Ramum, sinistra Hastam. *Vaill. tom. 2. f. 113.*
- \* MATER DEVM. Cybele sedens in medio Leonum, dextra Ramum, sinistra Hastam cum Clypeo. *Oysel. tab. 45. n. 1.*
- PVDICITIA. Figura sedens.
- VENVS GENETRIX. Venus sedens, dextra Globum, sinistra Hastam cum assistente Cupidine, alius sinè Cupidine.
- VENERI GENETRICI. Figura stans, dextram protendens.
- VESTA. Vesta sinistra Capedunculam, alij Palladium, dextra Hastam puram.
- \* VICTOR. IVST. AVG. Victoria sedens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Patin. Thes.*
- \* VICTORIA . . . . . Victoria absque alis gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *ibidem.*
- IVLIA DOMNA AVG.
- FORTVN. REDVC. Fortuna sedens, sinistra Cornucopiae.
- \* LIBERAL. AVG. Figura muliebris stans, dextra Tesseram, sinistra Cornucopiae. *Musæi Dania.*
- $\left\{ \begin{array}{l} \text{Veneri Victr.} \\ \text{Venus feminuda stans, sinistra Palmam, dextra Globum, sinistro brachio} \\ \text{Columnæ nixa.} \\ \text{Figura Stolata stans, dextra Globum, sinistra Hastam puram.} \end{array} \right.$
- VESTA. Figura sedens, dextra Simpulum, sinistra Hastam puram.
- \* ANTONINVS PIVS AVG. GERM. Caput Caracallæ Laureatum, *Vaill. tom. 2. f. 111.*
- \* MONETA AVG. Figura mul. Stolata stans, dextra Bilancem, sinistra Cornucopiae. *ibidem f. 113.*
- \* SEVERVS AVG. PARTH. MAX. Caput Severi Laureatum. *ibidem.*
- DIVA IVLIA AVGVSTA.
- CONSECRATIO. Pauo cauda expansa.
- IVLIA DOMNA AVG.
- \* FECVNDITAS S. C. Figura sedens, antè quam Puer. *Thes. Theopol.*
- HILARITAS S. C. Hilaritatis Typus.
- IVNO REGINA S. C. Figura stans, dextra Pateram, sinistra Hastam, ad pedes Pauo.
- \* IVNONEM S. C. Vt inferius. *Ind. Polasio.*
- \* VENVS S. C. Figura sedens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam. *M. N.*
- \* VENVS VICTRIX. Eodem Typo. *M. N.*
- VENERI VICTR. S. C. Venus feminuda, sinistra nixa Columnæ, dextra Pomum.
- \* VESTA S. C. Figura sedens, dextra Palladium, sinistra Hastam. *M. N.*
- IVLIA AVGVSTA.
- \* CERES S. C.  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Figura stans, dextra Spicas super Aram protendens, sinistra Facem oblongam. M. N.} \\ \text{Templum pulcherrimum, in cuius medio Figura mul. stans. Vaill. tom. 1. f. 113.} \end{array} \right.$
- FAECVNDITAS alius VICTRIX S. C. Figura sinistra Palmitem gerens, qui & supra caput excreuit, & suo onustus est fructu, dextra extensa supra Globum Stellis interstinctum, circa quem quatuor Pueruli.
- \* HILARITAS S. C. Hilaritatis Typus. *M. N.*
- \* IVNONI LVCINAE S. C. Figura sedens, dextra elata cum Patera, sinistra Trophæum. *M. N. MA.*

- \* MATER AVGG. S. C. Cybele dextra Sceptrum, sinistra Tympano innixa sedet in Quadriga Leonum. *Ind. Caucortia.*
- MATER CASTRORVM S. C. Vt superior Argentous,
- MATRI CASTRORVM S. C. Figura Stolata stans, dextra Pateram, antè eam tria Signa Militaria,
- \* MATER DEVM S. C. Cybele turrata, dextra Ramum, sedens in medio duorum Leonum cum Tympano. *M. N.*
- \* PIETATI AVGVSTAE S. C. Caracalla Corona radiata, & Geta paludatus stantes, dextras iungentes, in quorum medio Globus, hos ambos iungit Iulia Mater intermedia. *Angell. f. 243.*
- \* S. P. Q. R. Carpentum à duabus Mulabus tractum. *ex Thes. Med. Reuerendissimus Noyes,*
- \* VENVS FELIX S. C. Figura stans, dextra elata cum Pomo, sinistra Velum aptat. *M. N.*
- IVLIA AVGVSTA.
- \* VESTA MATER S. C. Vesta sacrificans in Templo; sunt quatuor Figuræ sacrificantes, *in alijs sex. Vaillant. tom. 1. f. 114.*
- VESTA S. C. Vesta sedens, dextra Palladium, sinistra Hastam.
- IVLIA PIA FELIX AVG.
- \* CEREREM S. C. Figura stans, dextra Spicas super Panarium protendens, sinistra Hastam. *Thes. Theopol.*
- \* FECVNDITAS S. C. Figura muliebris stans, sinistro brachio Puerum tenens, ad cuius pedes duo alij Pueri. *Ind. Pellegrini Ascanij.*
- \* IVNO S. C. Figura stans, dextra Pateram, sinistra Hastam, ad pedes Pauo. *Ind. Caucortia.*
- \* IVNONEM S. C. Figura stans, dextra elata cum Patera, sinistra Hastam, ad pedes Pauo. *M. N.*
- LVNA LVCIFERA S. C. In Bigis sedens.
- MAT. AVGG. MAT. SEN. M. PATR. S. C. Figura sedens, dextra Ramum, sinistra Hastam.
- \* MATRI CASTRORVM. Figura muliebris stans antè Aram, dextra Pateram, sinistra Bilancem, antè quam tria Signa Castrensia erecta. *Patin. Thesaur.*
- SAECVLI FELICITAS S. C. Figura stans, dextra Pateram coram Ara, sinistra Caduceum longû.
- \* S. P. Q. R. IVLIAE AVGVST. Carpentum cum duabus Mulabus. *Ind. Caucortia.*
- \* SEPT. SEVERVS AVG. Caput Seueri Laureatum, *Vaill. tom. 1. f. 114.*
- VENVS GEN. S. C. cum Venere.
- \* Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam. *M. N.*
- VENVS GENETRIX S. C. \* | Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam cum Puerò ad pedes. *Thes. Theopol.*
- \* VENERI GENETRIC. S. C. Figura stans, dextra Ramum, sinistra Hastam puram. *Indice Caucortia.*
- \* Figura sedens, dextra Capedunculam, sinistra Hastam puram. *M. N.*
- VESTA S. C. \* | Templum rotundum quatuor Columnarum, in cuius medio Palladium, antè Templum Ara accensa, à tergo sex Figuræ sacrificantes. *Angellon. f. 243.*
- \* VOTA PVBLICA S. C. Figura stans ad Aram, dextram protendens, sinistra Arcam. *Angell. f. 243.*
- FORTVNÆ FELICI S. C. Dea sedens coram Puerulo. *Pat. Ind. f. 18.*
- \* HILARITAS S. C. Diana stans. *ibidem.*
- \* MATRI DEVM SALVTARI. Cybele sedens in medio Leonum, sinistra Tympanum. *Oysel. tab. 45. n. 2.*
- IVLIA DOMNÀ AVGVSTA.
- \* FECVNDITATI AVG. Figura sedens, in cuius gremio Puer lactens. *Scheda Pedrusiana.*
- DIVA IVLIA AVG.
- \* CONSECRATIO S. C. Figura Imperatoris à Pauone in Cælum delata. *Vaill. tom. 1. f. 115.*
- DIVA PIA AVGVSTA.
- \* CONSECRATIO S. C. Anima Imperatricis à Pauone in Cælum delata. *Ind. Caucortia.*

NUMMI IVLIAE DOMNAE IN COLONIIS CVSI.

Corinthus.

- \* C. L. ICOR. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Pat. Ind. f. 19.*
- \* Mulier in Globo. *Thes. Theopol.*

Col. Heluia.

IVLIA DOMNA AVGVSTA.

- \* COL. HEL. In Corona. *Ex Schedis I. C. Bon.*

- \* COL. HEL. Inter duas Aquilas Legionarias, in Lanca. *Thes. Theopol.*

Sepphirus.

*Gallilea caput, Gracis Σαρραπίς, quam Iosephus scribit ab Herode AVTOKPATORIDA appellatam; Egciptus vero postea Diocæsaream dictam putavit, in Codicibus Latinis Sapphura dicta est, in Nummis Metropolis scribitur.*

IOVLIA AVGVSTA.

- \* SEPHYRVS METROP. COLONIA, Bos gradiens propè Labarum erectum, antè Bouis pedes Capeduncula. *Tristan. Tom. 2. f. 136.*

Stobe.


- \* MVNICIP. STOBESIVM. Victoria alata feminuda capite Turrito stans, dextra Hastam, cuius ad pedes implicitus est Serpens, sinistra Cornucopiz. *Patin. Ind. f. 19.*
- \* MVNICI. STOBEN. Figura stans cum Cornucopiz, Hasta, & Angue. *Thes. Theopol. Troas.*

Troas.

IVLIA PIA AVGVSTA.

\* COLONIA ALEXANDREA AVG. Equus depascens. *Ex Schedis I. C. Bon.*\* COL. ALEX. AVG. TRO. Equus depascens. *Patin. Ind. f. 19.*

69



## M. AVRELIVS ANTONINVS CARACALLA.

Patre Seuero, Matre (vt falsò quidam) Marcia, scù Leptide Lugduni natus, quam duxerat, dum esset Dux in Africa, Patria sua, Seuerus, alij ex *Herodiano*, *Dione*, & Nummis Iulia procreatum volunt, quam sententiam veram esse constat ex *Oppiano*, qui libros de *Venatione Antonino Caracallæ* dedicans, hæc initio lib. 1. præfatur.

*Ausony Iouis dulce germen ANTONINE,*

*Quem magna magno peperit DOMNA SEVERO,*

*Beato nupta, & beatum enixa,*

*Sponsa Optimi Mariti, Puerperaq; formosi Filij.*

Eius pueritia blanda, ingeniosa, Parentibus affectabilis, Amicis iucunda, Populo accepta fuit. Eam egressus mores mutauit, grauior, sæuior, & truculentior factus, superbus, arrogans. Fratrem occiso, omnes eius domesticos, & amicos occidit, nec infantium ætati pepercit, Quandiù Principatum tenuit, omnis Orbis Terrarum vastatus, & direptus est. Antonino, cum cœtera omnia, tum nummus adulterinus erat: nam pro argento, auroue plumbum argentatum, & æs inauratum parabat. Multas cædes, aliaque multa faciebat contra ius, fasque. Denique grandem pecuniam infumebat. Alexandriam occisis Ciuibus penè omnibus miserè deprædauit. Affectans nomen Parthici, Artabani Filiam in Vxorem petijt, cuius Nobiles omnes occidit, ita vt vix Rex euaderet, ac datis ad Senatam literis, PARTHICVS est appellatus. In Mesopotamia Hybernaturus Carris insidijs à Macrino positis per Martialem Centurionem pugione traiectus est, dum subligacula deduceret, ventriquè oneri leuando intenderet. Macrinus mortem eius deplorans Corpus cremari iussit: reliquias in Vrba Nouercæ, aut Matri Iuliz ad sepulturam misit, quas in Sepulchro Antoninorum condidit. Vixit annos ex *Dione apud Xiphilinum* 29. Imperauit solus annos 6, menses 2.

L. SEPTIMIUS BASSIANVS SEVERI AVG. P. CAESAR dicitur, & M. AVREL. ANTONINVS.

COSS. C. Domitius Dexter. L. Valerius Messalla Thrasias Priscus.

A.P.C. 949.  
Christi 196.

*Expeditio Seueri in Albinum.*

- Ar. M. AVR. ANTONINVS CAES.  
SECVRIT. PERPETVA. Figura Militaris stans, dextra Clypeum, sinistra Hastam.  
SEVERI AVG. PII FIL. Lituus, Patera, Secespita, Simpulum, Aspergillum, Vrceolus ministratorius.  
ANTONINVS CAES.  
SPEI PERPETVAE. Spei Typus.
- Ar. M. AVR. ANTONINVS CAES. in alio M. ANTONINVS CAES. Ind. Polatio.  
SEVERI AVG. PII FIL. S. C. Lituus, Patera, Secespita, Simpulum, Capeduncula, Vrceolus ministratorius.  
\* . . . PERPETVA S. C. Pallas Galeata stans, dextra Scutum humi fixum tenens, sinistra Hastam. M. N.  
\* SPEI PERPETVAE S. C. Spei Typus. M. N.  
ANTONINVS CAESAR. Caput Antonini absque Laurea.  
\* PROVIDENTIA. Caput Solis radiatum. *Tristan. tom. 2. f. 162.*

ANTONINVS CAES. PONTIF. IMP. DESTINAT.

A.P.C. 950.  
Christi 197.

COSS. Ap. Cl. Lateranus. M. Marius Tinius Rufinus.

*Albinus in Gallijs victus, & occisus.*

- Ar. M. AVR. ANTONINVS CAES. PONT. in alijs PONTIF.  
DESTINATO IMPERAT. Vasa Pontificalia.  
IMPERII FELICITAS. [Figura Stolata stans, dextra Ramum porrigens.  
[Figura Stolata stans, dextra Caduceum porrigens.  
MARTI VLTORI. Mars Gradivus.  
PRINCIPI IVVENT. Imp. stans, dextra Radium tenens, sinistra Hastam cum Trophæo.  
\* DESTINATO IMPERATORI. Instrumenta Pontificalia, intermedio capite Bouino, I.C. Bon.  
M. AVR.

- Æ.** M. AVR. ANTON. CAES. PONTIF.  
 \* PRINCIPĪ IVVENTVTIS S. C. Figura Paludata stans, dextra Sceptrum, sinistra Hastam puram, à tergo Trophæum. *M. N.*

ANTONINVS CAES. TR. P. à Patre cum AVG. Titulo accipit antè mensem Aprilem.

COSS. *Ti. Haterius Saturninus. C. Annius Trebonianus Gallus.*

*A.V.C. 951.  
Christi 198.*

- Aur.** ANTONINVS AVGVSTVS.  
 RECTOR ORBIS. Figura stans, dextra Globum, sinistra Pilum.  
 IMP. ANTONINVS PIVS AVG.  
 \* MINER. VICTRIX. Minerua stans, dextra Victoriolam, sinistra Hastam, ad pedes Scutum, ponè Trophæum. *Tristan. tom. 2. f. 179.*

- Ar.** ANTONINVS AVGVSTVS.  
 \* AETERNIT. IMPERI. Caput Seueri Laureatum, & Getæ nudum. *Musæi Dania.*  
 BONVS EVENTVS. Figura nuda, dextra Pateram super Aram, sinistra Spicas.  
 FELICITAS AVGG.  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Figura stans Stolata, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiæ.} \\ \text{* Figura sedens, dextra Ramum, sinistra Hastam transfersam. } P. Miny. \end{array} \right.$   
 FELICITATI PVBLICAE. Figura stans, dextra Cornucopiæ, sinistra Hastam.  
 RECTOR ORBIS. Figura stans, dextra Globum, sinistra Pilum.  
 IMP. CAES. M. AVR. ANT. AVG. TR. P.  
 FIDES PVBLICA. Figura Stolata stans, sinistra Pateram cum frugibus, dextra Spicas cum Papauere.  
 IVVENTA IMPERII. Figura Militaris stans, dextra Globum cum insidente Victoriola, sinistra Hastam cum Captiuo assidente.

MINER. VICTRIX.  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Minerua dextra Victoriolam, sinistra Hastam, antè quam Trophæum.} \\ \text{* Pallas stans, dextra Victoriolam, sinistra Hastam, post eam Trophæum.} \end{array} \right.$

IMP. ANTONINVS, ET GETA CAES. Capita aduersa Caracallæ, & Getæ.

\* VIRTVS AVGG. Figura sedens. *Vaill. tom. 2. f. 119.*

\* AEQVITAS AVGG. Imp. sedet, ex aduerso Figura muliebris stat cum Balance, & Cornucopiæ. *Vaill. Tom. 2. f. 114.*

\* AETERNITAT. IMPERI. Capita Seueri, & Getæ aduersa. *ibidem.*

VENVS VICTRIX.  $\left\{ \begin{array}{l} \text{* Figura stans, dextra Galeam, sinistra Bacillum cum duobus Captiuis ad pedes.} \\ \text{P. Miny.} \end{array} \right.$

IMP. ANTONINVS AVG.  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Figura stans absque Captiuis. } eiusdem. \end{array} \right.$

FIDES MILITVM. Figura Stolata stans, dextra Labarum, sinistra Signum Militare.

LAETITIA PVBLICA. Figura dextra Lauream, sinistra Temonem.

LIBERTAS AVGVSTI, Figura dextra Pileum, sinistra Hastam.

MONETA AVGG. Figura stans, dextra Pateram, sinistra Cornucopiæ.

PROVID. DEORVM. Providentiæ Typus.

TEMPORVM FELICITAS. Figura sinistra Cornucopiæ, dextra Hastam.

VICTORIA AVG. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam.

VOTA PVBLICA. Figura sacrificans.

- Æ.** ANTONINVS AVG.  
 SEVERI PII AVG. P. S. C. Imp. stans, dextra Victoriolam, sub cuius pedibus Prouincia lugubri habitu sedens.

IMP. CAES. M. AVR. ANT. AVG. P. TR. P.

\* MINER. VICTRIX. Minerua stans, dextra Palladium, sinistra Hastam, ad pedes Scutum, à tergo Trophæum. *Angellon. f. 257.*

ANTONINVS TR. P. I. II. PROCOS.

COSS. *P. Cornel. Anullinus II. M. Aufidius Fronto.*

*Ad Parthicum Bellum Profectio in Syria res benè gesta.*

*A.V.C. 952  
Christi 199*

- Ar.** IMP. CAES. M. AVR. ANT. AVG. TR. P. II.  
 FELICITAS AVGG. Figura Stolata stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiæ,  
 SPES PVBLICA. Spei Typus.

ANTONINVS AVGVSTVS.

PONTIF. TR. P. II. Figura sedens coram Ara, sinistra Hastam.

\* VIRTVS AVGG. Figura Militaris, dextra Victoriolam, sinistra Hastam. *Num. Fascb.*

IMP. CAES. M. AVR. ANTON. AVG.

\* PONTIFEX TR. P. II. Figura Militaris, dextra Globum, sinistra Hastam, ad pedes sedente Puerulo. *Num. Fascb.*

\* VICT. AETERN. Victoria gradiens, vtraque manu Baltheum tenens super Clypeo, *ibidem.*

ANTONINVS TR. P. II. III. PIVS dicitur.

COSS. *Ti. Claudius Seuerus. C. Aufidius Victorinus.*

*Seleucia, Babilonia, Ctesiphontis capta, & depopulata. Victoria Parthica Maxima.*

*A.V.C. 953.  
Christi 200.*

- Aur.** \* INVICTA VIRTVS. Imp. Eques Equum concitat in Captiuum. *Vaill. tom. 2. f. 116.*

**Ar.** ANTONINVS PIVS AVG. in alio IMP. ANT.

ABVNDANTIA AVGG. Figura Stolata stans ex Cornu Nummos effundens.

CCCC

CON-



- CONCORDIAE AETERNAE. Capita Seueri, & Iuliae iugata. *M. N.*  
 FELICITAS AVGG. Figura stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiae.  
 IOVI SOSPITATORI. Iupiter in Templo Quadrato.  
 \* PACATOR ORBIS. Caput Solis Radiatum. *Num. Fascb.*  
 PIETAS. Figura stans coram Ara sacrificans.  
 PONTIF. TR. P. III. Figura nuda stans, dextra Globum, sinistra Hastam.  
 PROVIDENTIA. Caput Solis.  
 IMP. ANTONINVS PIVS AVG.  
 INDVLGENTIAE FECVNDIAE. Figura turrita sedens, dextra elata, sinistra Sceptum. *Tri-*  
*stan. Tom. 2. f. 169.*  
 SAECVRITAS SAECVLI. Figura sedens, dextram capiti admouens.  
 \* INDVLGENTIA AVGG. IN ITALIAM. Figura muliebris capite Turrito insidens Globo, dex-  
 tra Cornucopiae, sinistra Sceptum. *Vaill. Tom. 2. f. 116.*  
 \* INVICTA VIRTVS. Imp. Eques Equum concitans in Captiuum. *ibidem.*  
 \* RESTITVTOR ORBIS. Figura sedens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam. *P. Miny.*  
 \* RESTITVTOR VRBIS. Roma Galeata sedens inter Ancilia, dextra Victoriolam, sinistra Ha-  
 stam. *Ex Thes. Theopol. I. C. Bon.*  
 IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG.  
 \* MARS VICTOR S. C. Mars gradius, dextra Iaculum, sinistro humero Trophaeum. *Angell. f. 245.*  
 \* SPES PVBLICA S. C. Spei Typus. *ibidem.*  
 IMP. CAES. M. AVR. ANT. AVG. PIVS.  
 \* MINER. VICTRIX S. C. Minerua stans, dextra Palladium, sinistra Hastam, ad pedes Scutum, &  
 tergo Trophaeum. *Ind. Pol.*  
 M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG.  
 IOVI SOSPITATORI S. C. Iupiter, dextra Fulmen, sinistra Hastam in Templo Quadrato. *P.*  
*Cattanei.*  
 \* PACATOR ORBIS. *Spanhem. f. 850.*  
 \* IOVIS CVSTOS. Templum octo Columnarum, in cuius aditu Iupiter Cippo impositus, dextra  
 Fulmen, sinistra Hastam. *Vaill. Tom. 2. f. 117.*  
 \* ROMA FEL. Romulus, & Remus sub Lupa. *Patin. Ind. f. 20.*  
 \* FELICITAS AVG. S. C. Figura stans. *Patin. Ind. f. 19.*

ANTONINVS TR. P. III. IV. COS. DES. P. P.

COSS. L. Annius Fabianus. M. Nonnius Mutianus.

*Antoninus Toga virili a Patre donatur, & de Iudaeis triumphat, Parth. Max. dicitur.*

- Avr.* ANTONINVS PIVS AVG. PON. TR. P. IIII. Caput Caracallae,  
 P. SEPT. GETA CAES. PONT. Caput Getae,  
*Ar.* ANTONINVS PIVS AVG.  
 PARTH. MAX. PONT. TR. P. IIII. Trophaeum de Parthis cum duobus Captiuis.  
 VICT. PARTH. MAX. Victoria gradiens, dextra Lauream.  
 VIC. PAR. MAX. Victoria stans, dextra Lauream, sinistra Palmam.  
 \* VIRTVS AVG. Imp. Laureatus, & Paludatus stans, dextra Hastam, sinistra Parazonium, tres Capti-  
 uos conculcat. *Patin. Thesaur.*  
 M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG. PONTIF.  
 TR. P. IIII, COS. DES.  
 \* VICTORIA PARTHICA MAXIMA, Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam.  
*Num. Arscor. tab. 54. n. 10.*  
 M. AVR. ANTONINVS AVG.  
 \* RESTITVTOR VRBIS S. C. Roma Galeata Clypeo insidens, dextra Palladium, sinistra Hastam.  
*Vaill. Tom. 1. f. 118.*  
 \* RESTITVTORI VRBIS S. C. Eodem Typo. *Angell. f. 246.*

ANTONINVS TR. P. IV. V. COS.

COSS. Seuerus Aug. III. M. Aurel. Antoninus Aug.

*Consulatum Antiachia inijt, mox Romam ex Oriente rediens, triumphans  
 cum Patre ingreditur, Plautillamque uxorem ducit.*

- Avr.* ANTONINVS AVGVSTVS.  
 PARTH. MAX. PONT. TR. P. IIII. COS. Trophaeum cum duobus Captiuis.  
 ANTON. P. AVG. PONT. TR. P. V. COS.  
 ADVENT. AVG. Tres Figurae Equestres decurrentes.  
*Ad reditum Aug. Romam post Bellum Parthicum referendus.*  
 CONCORDIAE AETERNAE. Seueri, & Iuliae capita coniuncta,  
 \* PLAVTILLAE AVGVSTAE. Caput Plautillae.  
*Nuptias Plautilla hoc anno celebratas, ultra Dionem testatur elegantissimus hic Nummus, quomodo  
 producit Vaill. Tom. 2. f. 120.*  
*Ar.* ANTON. P. AVG. PONT. TR. P. V. COS.  
 ADVENT. AVG. Tres Figurae Equestres decurrentes.  
 ANTONINVS PIVS AVG.  
 PART. MAX. PON. TR. P. V. COS. Trophaeum de Parthis cum duobus Captiuis assidentibus.  
 \* PLAVTILLA AVG. Caput Plautillae, *Thes. Theopol.*

CON-

*A.V.C. 954.  
 Christi 201.*

*A.V.C. 955.  
 Christi 202.*

CONCORDIA FELIX. Caracalla, & Plautilla iungentes dextras,  
FORTVNAE REDVCI. Fortuna stans, dextra Temonem, sinistra Cornucopiae.

VICT. PARTH. MAX. Victoria gradiens, dextra Lauream.  
\* SAL. GEN. HVM. Imp. stans, sinistra Hastam, cui inuolutus est Serpens, dextram porrigit Figuræ  
in genua procumbenti, Galericulo Armeniaco. *Patin. Thesaur.*

ANTONINVS AVG.

SAL. GEN. HVM. (Figura stans, dextra Puerulum tenens, sinistra Hastam,  
Imp. Figuram genuflexam eleuans.

VICT. AETERN. Victoria stans, dextra Scipionem, ad pedes Clypeus.

\* FAELICITAS SAECVLI S. C. \* (Quinque Figuræ pro Congiario, *Patin. f. 19.*  
\* (Tres Figuræ sedentes in substructione cum Liberalitate stante,  
in imo alia Figura Togata. *Vaill. Tom. 1. f. 117.*

\* IOVI CONSERVATORI. Iupiter nudus stans, dextra Fulmen, læua Hastam inuersam, pro pedi-  
bus Aquila, à tergo duo Signa Militaria. *Vaill. Tom. 2. f. 116.*

\* LIB. AVG. S. C. Substructio, in qua tres Figuræ sedent, duæ laureatæ, alia sine laurea, hinc Miles  
cum Hasta, illinc Figura, dextra Tesseram, sinistra Cornucopiae, alia per scalas ascendens. *Num.*

*Ar/cor. 2. 54. 71. 12.*  
ANTONINVS PIVS AVG. PON. TR. P. V.

\* ANN. AVG. SAECVLI FELICISSIMI S. C. Annona stans, dextra Spicas, sinistra Cornucopiae,  
ad culus pedes hinc Prora Nauis, illinc Congium Spicis refertum. *Ind. Polatio.*

IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG.

\* ADVENTVS AVGVSTI S. C. Imp. Eques, dextra elata, sinistra Sceptum, *Angell. f. 257.*

ANTONINVS TR. P. V. VI. COS.

COSS. P. Septimius Geta. L. Septimius Plautianus.

A.V.C. 956.  
Christi 203.

*Plautianum Socrum occidi iubet Antoninus, Plautilla Vxore cum Filiolo relegata.*

*Aur.* ANTONINVS P. AVG. PONT. TR. P. VI.

VICTORIA PARTHICA MAXIMA. Victoria gradiens.

*Ar.* ANTONINVS P. AVG. PONT. TR. P. VI.

SECVRIT. ORBIS. Figura sedens, dextra Scipionem, sinistra Bacillum, sinistra capiti innixa.

*Æ.* ANTONINVS PIVS AVG. PONT. TR. P. VI.

\* INDVLGENTIA AVGG. IN CARTH. S. C. Cybeles Leone vecta, dextra Ramum, sinistra  
Tympanum. *M. N.*

ANTONINVS P. AVG. PONT. TR. P. VI.

\* VIRTVS AVGG. S. C. Imp. Paludatus stans, dextra Victoriolam, sinistra Hastam coronatur à Fi-  
gura Galeata. *Vaill. Tom. 1. f. 115.*

ANTONINVS AVGVSTVS.

VIRTVS AVGG. PONT. TR. P. VI. Figura Militaris stans, sinistra Hastam, dextram imponens  
Trophæo, cum duobus Captiuis assidentibus.

ANTONINVS TR. P. VI. VII. COS. DES. II. IMP.

COSS. L. Fabius Cilo. M. Annius Libo.

A.V.C. 957.  
Christi 204.

*Ludi Seculares S. C. facti. Antoninus FELIX dicitur.*

*Aur.* ANTONINVS PIVS *aliq* FEL. AVG.

COS. LVDO SAECVL. FEC. Hercules cum Claua, Bacchus cum Thyrso, ad cuius pedes Tigris.

*Ar.* ANTONINVS PIVS *aliq* FEL. AVG.

COS. LVDO SAECVL. FEC. Hercules cum Claua, & Leonis exuuijs, & Bacchus cum Thyrso,  
& Tigride ad pedes.

CONCORDIA MILIT. Duo Signa Militaria inter duas Aquilas Legionarias.

HILARITAS AVG. Figura stans cum Puerulis.

RECTOR ORBIS. Figura dextra Globum, sinistra Hastam.

VIRTVS AVGG. Figura Militaris, dextra Victoriolam, sinistra Hastam.

VOTA PVBLICA. Figura Stolata sacrificans.

\* VIRTVS AVGVSTOR. Figura Militaris insidens spolijs, dextra Victoriolam, sinistra Parazonium.  
*Num. Fascb*

IMP. CAES. ANTONINVS AVG.

INDVLGENTIA AVGG. IN CARTH. Cybele, seu Iuno Leonem inequitans.

*Æ.* ANTONINVS PIVS AVG. TR. P. VII.

COS. LVD. SAEC. FECIT S. C. Quinque Figuræ ad Aram sacrificantes.

ANTONINVS PIVS AVG. PONT. TR. P. VII.

\* COS. LVDO SAECVL. FEC. S. C. Duæ Figuræ vna Herculis cum Claua, & exuuijs Leonis,  
altera Bacchi cum Thyrso, ad cuius pedes Tigris, *Sheda Pedrusiana.*

ANTONINVS PIVS AVG. PON. TR. P. VII.

\* AR. VS AVGG. S. C. Arcus trium Fornicum. *M. N.*

\* COS. LVD. SAEC. FEC. S. C. Sex Figuræ ante Aram, quarum vna Victimam sacrificat, alia mu-  
liebris iacens brachio dextro nititur Puluinari, alia stans circa Aram, vna illarum Tibias inflat,  
altera stat Prætextata, tertia armata Hasta, quæ Leonis exuuijs dextra tenet. *Ex Thes. Me-  
diceo Reuerendissimus Noris.*

M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG.

\* SAECVLARIA SACRA S. C. Tres Figuræ ante Aram, duo ad latera, quarum vna Tibias inflat,  
alia sinistra Lyram tenet, *ibidem ex eodem.*

....

## ANTONINVS CARACALLA.

\* SÆCVLARIA SACRA S. C. Plures Figuræ sacrificantes coram Templo, in imo Typus Fluuij decumbentis. *Vaill. Tom. 1. f. 118.*

ANTONINVS TR. P. VII. VIII. COS. II, IMP.

A. V. C. 958.  
Christi 205.

COSS. *M. Aurel. Antonin. Aug. II. P. Seps. Geta Caesar.*

*Agon Capitolinus XXXI. celebratus.*

*Aur.* ANTONINVS PIVS AVG.  
COS. II. Quadrigæ Triumphales.

*Ar.* ANTONINVS PIVS AVG.

PONT. TR. P. COS. II. } Figura virilis dextra Hastam.  
| Figura nuda Galeata, dextra Ramum, sinistra Hastam, dextrum pedem  
L Globo imponens.

PONT. TR. P. VIII. COS. II. Vt superior.

PONTIF. TR. P. VIII. \* } Figura sedens, dextra Pateram cum Serpente. *Num. Fasc.*  
COS. II. \* } Figura Militaris stans, dextra Florem, sinistra Hastam, dextro pede,  
L Globo insistens. *Num. Fasc.*

\* | Figura stans, dextra Ramum, sinistra Globum, dextro pede alium Glo-  
L bum calcans. *P. Minij.*

ANTONINVS PIVS FEL. AVG.  
CONSVL. II. P. P. Moneta stans.

\* IMP. ET CAES. AVG. F. COS. Seuerus sedens inter duos Filios Caracallam, & Getam. *Vaill. Tom. 2. f. 116.*

\* PONT. TR. POT. COS. II. Imp. Clamydatus inter Captiuos humi stratos, dextra Hastam, sinistra Parazonium tenens. *Ex Thef. Mauraceno I. C. Bon.*

*Ar.* M. AVR. ANTONINVS PIVS

\* PONTIF. TR. POT. COS. II. S. C. Triremis Prætoria. *M. N.*

\* PHOENICE COS. II. S. C. Figura stans, dextra Pateram Dactilibus refertam, ponè Palma. *Tri-  
stan. Tom. 2. f. 100.*

ANTONINVS PIVS AVG.

\* AVGVSTI COS. . . . S. C. Duæ Figuræ in substructione sedentes, ad latus quarum duæ aliae stantes. *Seuerum, & Iuliam Figuris sedentibus, Caracallam, & Getam stantibus exprimit indicauit Eruditissimus Indicus Polarij Sartor D. Ioseph Magnanacca.*

\* PONTIF. TR. P. COS. II. S. C. Imp. Eque dextra elata cum Iaculo. *Musai Bulgherini.*

\* Antoninus in Quadrigis, dextra Flagrum, sinistra Palmam. *M. N.*  
*Ad Agonem Capitolinum XXXI. hoc anno celebratum, vel ad Antonini Aurigationes referendus Nummus.*

ANTONINVS TR. P. VIII. VIII. COS. II. IMP.

A. V. C. 959.  
Christi 206.

COSS. *M. Numius Ceionius Albinus. Fulvius Amilianus.*

*Dissidia inter Antoninum, & Getam Fratrem oriuntur.*

*Ar.* M. AVREL. ANTONINVS PIVS FELIX AVG.

PONTIF. TR. P. VIII. COS. II. IMP.

ANTONINVS PIVS AVG.

\* PARTH. MAX. TR. P. VIII. COS. II. Figura stans, dextra Scuto nixa, sinistra Hastam. *P. Minij.*  
*Ad memoriam renouandam Victoria Parthica Maxima, & Ctesiphontis capta A. V. C. 953.  
cus Nummus.*

PONTIF. TR. P. VIII. \* } Figura Militaris, dextra Hastam, sinistram imponens Scuto.  
COS. II. \* } Mars Galeatus, dextra Ramum, sinistra Hastam, dextro pede Globum  
L calcans. *M. N.*  
L Figura Equestris.

\* PONTIF. TR. P. VIII. COS. II. S. C. Imp. Paludatus decurrens, dextra Spiculum. *Vaillans.  
Tom. 1. f. 119.*

ANTONINVS TR. P. IX. X. COS. II. DES. III. IMP. II.

A. V. C. 960.  
Christi 207.

COSS. *M. Flavius Aper. Q. Allius Maximus.*

*Decennalia Antonini Roma suscepta, Britanni à Seueri Ducibus victi.*

*Ar.* IMP. ANTONINVS AVG.

P. M. TR. P. X. COS. II. P. P. Prouidentia Typus.

*Hoc anno Antoninus non erat P. M. sed tantum Pontifex (visabat enim Pater Seuerus) quod  
etiam alijs Nummis potest probari, unde aut error scribentis, aut Nummus filius.*

ANTONINVS PIVS AVG.

PONTIF. TR. P. X. \* } Mars Gradivus, dextra Hastam, sinistra Trophæum super humerum.

COS. II. \* } Figura sedens, dextram capiti admouens, sinistra Scipionem.

\* } Figura Militaris, dextra Hastam, sinistra Scipionem, cum tribus Captiujs humi  
L sedentibus.

\* } Figura Militaris, dextra Hastam, sinistra Scipionem Militarem.

PON.

PONTIF. TR. P. X. COS. II. (Figura Mil. dextra Hastam, sinistra Scipionem, sinistro pede elato.

(Figura Galeata stans, dextra Clypeum, sinistra Hastam.

VOTA SVSCEPTA X. Vesta, dextra Pateram super Ara tenens,

M. AVREL. ANTONINVS PIVS FELIX AVG.

PONTIF. TR. P. X. COS. II. DES. III. P. P. *alij* IMP.

M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG.

\* PONTIF. TR. P. X. COS. II. S. C. Imp. armatus Hasta, quasi Equo euolans. *Ind. Cautorta.*  
 . . . . . Seueri, & Caracallæ capita aduersa.

\* DECENNALES ANTONINI AVG, Templum, in cuius peristyllo FEL. BER. *Scheda Sponniana.*

\* VOTA SVSCEP. Imp. sacrificans. *Ex Thef. Mauroceno I. C. Bon.*

ANTONINVS TR. P. X. XI. COS. III. IMP. II.

COSS. *M. Aurel. Antoninus Aug. III. Sept. Geta Caf. II.*

*A.V.C. 961.  
Christi 208.*

*Decennalia Vota Antonini soluta. In Britanniam cum Patre, & Fratre proficiscitur.*

*Aur.* \* PONTIF. TR. P. XI. COS. III. Figura velata sacrificans, adstante Tibicine, & Popa cum Victima. *Vaill. tom. 2. f. 117.*

*Fortè sacrificatum ab Antonino antè professionem Britannicam, ut Deorum fauor Sacrificijs conciliaretur, vel ad Votorum Decennalium solutionem, quam hoc anno, scilicet III. COS. Antonino factam nos docent Nummi, referendus est hic Nummus.*

*Ar.* ANTONINVS PIVS AVG. in *alijs* IMP.

PONTIF. TR. P. XI. (Figura Equestris Captiuum supplantans.

COS. III. PROF. (Figura Militaris Galeata gradiens, dextra Hastam, sinistra Clypeum.

(Figura Equestris, dextra Hastam præunte Milite. *P. Minij.*

IMP. CAES. M. AVREL. ANTONINVS PIVS FELIX AVG.

PONTIF. TR. P. XI. IMP. II. COS. III. P. P.

ANTONINVS PIVS AVG.

VOT. SOLVT. DEC. COS. III. Figura cum Rhabdo, dextra Pateram super Ara, sub qua Animal iacet.

\* PONTIF. TR. P. XI. COS. III. Figura velata sacrificans, adstante Tibicine, & Popa cum Victima. *Vaill. tom. 2. f. 117.*

\* VOTA SOLVT. DEC. COS. III. Imp. sacrificans, assistentibus Tibicine, & Popa cum Victima. *idem f. 119.*

*M.* AVREL. ANTONINVS PIVS AVG.

\* PONTIF. TR. P. XI. COS. III. S. C. PROF. AVGG. Imp. Eques, dextra Iaculum, Captiuum Scuto longo armatum proterens. *M. N.*

PONTIF. TR. P. COS. III. S. C. Figura Militaris, cum alia humi procumbente.

\* COS. III. PROF. AVGG. S. C. Imp. Eques Captiuum supplantans. *Angellon. f. 257.*

ANTONINVS PIVS AVG.

\* PRIMI DECENNALES S. C. In Corona. *Num. Fasc.*

\* PROF. AVGG. PONTIF. TR. P. XI. COS. III. S. C. Imper. Eques Captiuum prosternens. *Ind. Polatio.*

\* PONTIF. TR. P. XI. COS. III. S. C. Nauis Prætoria cum Remigibus, in cuius Puppi sedet Imperator. *Vaill. tom. 1. f. 119.*

\* VOTA PVBLICA S. C. Imper. sacrificantis habitu stat antè Aram ignitam, ad cuius ima Bos. *idem f. 118.*

\* VOTA SOL. DEC. PONTIF. TR. P. XI. COS. III. S. C. Figura capite velato sacrificans, Tibicine, & Victimario assistentibus. *idem f. 119.*

ANTONINVS TR. P. XI. XII. COS. III. IMP. II.

COSS. *M. Aurel. Cl. Pompeianus. Lollianus Auitus.*

*A.V.C. 962.  
Christi 209.*

*Calidony, & alij Barbari in Britannia victi.*

*Ar.* ANTONINVS PIVS AVG.

PONTIF. TR. P. XII. (Figura Militaris, dextra Pileum, sinistra Scipionem Militarem, sinistrum pedem eleuans.

COS. III. \*) Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Cornucopiz.

| Figura stans dextra Hastam. *P. Minij.*

| Figura Equestris Captiuum prosternens.

M. AVREL. ANTONINVS PIVS FELIX AVG.

PONTIF. TR. P. XII. COS. III. P. P. IMP. II.

*M.* ANTONINVS PIVS AVG.

\* PONTIF. TR. P. XII. COS. III. S. C. Victoria stans aliquid inscribens Clypeo Palmæ alligato. *Angell. f. 246.*

M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG.

\* FO . . . . . XII. COS. III. P. P. S. C. Fortunæ Reducis Typus. *Ind. Polatio.*

\* PONTIF. TR. P. XII. COS. III. P. P. S. C. Mars gradiens, dextra Ramum, sinistra Spoltæ super humerum. *Num. Fasc.*

\* PROF. AVGG. PONTIF. TR. P. XII. COS. III. S. C. Imp. Eques dextra elata cum Iaculo Captiuum sternens. *Ind. Polatio.*

*Ad Professionem Seueri, & Antonini in bellum contra Barbaros referendus, de qua Herodianus sic.*

Dddd

ſuo. Vbi verò Seuerus ſatis ex ſententia prompta ſibi eſſe, ac paratà omnia intellexit, Iuniorẽ Filium, Getam nomine, in parte Inſulæ Romanis ſubiecta relinquit, vt Iuri dicendo, rebusque Ciuilibus adminiſtrandis præſet, eique Conſiliarios ex amicis natu grandioribus reliquit, Antonino ſecum aduerſus Barbaros educto &c.

\* PONTIF. TR. P. XII. COS. III. S. C. Duo Imp. Paludari ſtantes, dextris extenſis, ſiniſtris Haſtas, pro quorum pedibus iacet Captiuus manibus poſt terga reuinctis, ante, & à tergo Imp. tres Milites. *Vaill. Tom. 1. f. 119.*

ANTONINVS TR. P. XII. XIII. COS. III. IMP. II.

COSS. *M. Acilius Fauſtinus. Triarius Ruſinus.*

*A.V.C. 963.  
Chriſti 210.*

*Ducto muro, à Mare, ad Maxe Britannia diuiſa, pluresque Barbari uicti.  
BRITANNICVS cum Patre, & Fratre dicitur Antoninus.*

*Aur.* \* SECVRITATI PERPETVAE. Figura ſedens, dextra capiti admota, ſiniſtra Bacillum. *Num. Ar.  
[cos. tab. 54. n. 17.]*

*Ar.* ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

PONTIF. TR. P. XIII. COS. III. } Figura ſedens, dextra Pateram, ſiniſtra Cornucopiæ.  
} Figura Militaris, dextra Haſtam, ſiniſtra Scipionem.  
} Figura Equeſtris Captiuum ſubconculcans.

IMP. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

\* AEQVITATI PVBLICAE. Tres Mores cum attributis. *Ex Theſ. Mauraceno l. C. Bon.*

ANTONINVS PIVS AVG.

\* LIBERALITAS AVGG. V. Figura ſtans, dextra Teſſeram, ſiniſtra Cornucopiæ. *Muſei Davia.*

*Æ.* M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG.

PONTIF. TR. P. XIII. } Tres Figuræ ſacrificantes.

COS. III. S. C. \* } Mars gradiens, dextra Ramum, ſiniſtra Haſtam.

\* } Figura Militaris, dextra Ramum, ſiniſtra Trophæum tenens. *Ex  
Theſ. Medico Reuerendiſſimus Noris.*

ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

PONTIF. TR. P. XIII. } Figura muliebris ſtans coram Trophæo, ad cuius baſim procumbit alia  
COS. III. S. C. } Figura captiua.

} Duæ Figuræ aſſiſtentes Aræ iungentes dextras.

ANTONINVS PIVS AVG.

\* PONTIF. TR. P. XIII. COS. III. S. C. Victoria inſcribens Clypeo Palmæ alligato. *M. N.*

\* PONT. TR. P. XIII. } Figura Militaris ſtans, dextro pede Globum premens coram Trophæo, ad  
COS. III. S. C. } cuius baſim procumbit Figura captiua. *Ind. Cauotorta.*

\* } Mars gradiens, dextra Ramum, ſiniſtra Trophæum. *ibidem.*

M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG.

\* } Victoria Trophæum componens cum Captiuo altero iacente, altero

PONTIF. TR. P. XIII. } ſtante, manibus à tergo reuinctis. *Ex Theſ. Med. Reuer. Noris.*

COS. III. S. C. \* } Figura Militaris ſtans coram Trophæo, ad cuius pedes Captiuus. *Ind.  
Polatio.*

M. AVREL. ANTONINVS AVG. BRIT.

\* LIBERALITAS AVG. III. S. C. Figura ſtans cum Teſſera, & Cornucopiæ. *Theſ. Theopol.  
Forte Congiarium Militibus datum, cum Britannici cognomen Auguſti delatum eſt.*

ANTONINVS TR. P. XIII. XIV. COS. III. IMP. II.

*P. M., Mortuo Seuero Patre A. D. Pridie Non. February.*

*A.V.C. 964.  
Chriſti 211.*

COSS. *Q. Elpid. Rufus Lollianus Gentianus. Pomponius Baſſus.*

*Romam cum Patris Cineribus, & Fratre Geta redit, Pace cum Barbaris facta.*

*Au.* ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

MARTI PROPVGNATORI. } Mars graduus, dextra Haſtam, ſiniſtra Spolia ſuper humerum.  
} Mars graduus, dextra Pilum, ſiniſtra Spolia.

\* CONCORDIA FELIX. Caracalla, & Geta dextras ſibi porrigentes Iulia Matre media. *Vaillans.  
Tom. 2. f. 115.*

*Ad Concordiam inter Fratres à Iulia Matre conciliatam indicandam cuſus Nummus.*

\* LIBERALITAS AVG. VI. *Spanhem. f. 819.*

\* LIBERALITAS AVG. VI. ET V. Caracalla, & Geta ſedentes in ſubſtructione, adſtante Liberalitate, in ſmo alia Figura. *Vaill. Tom. 2. f. 117.*

*Et ex hoc Nummo, & ex alijs Mediceo Geta infra producendo Eruditiffimus P. Noris arguit  
Liberalitatem V. Antonini coincidiſſe cum V. Geta, de qua ſuſſus in eiſdem Nummi  
enarratione.*

\* PROVIDENTIAE DEORVM. Figura muliebris ſtans, dextra Virgam, qua indicat Globum, læua  
Haſtam. *Ex Theſ. Theopol. l. C. Bon.*

IMP. ANTONINVS PIVS AVG.

ADVENTVS AVG. Figura Equeſtris.

*Ar.* ANTONINVS PIVS alij FEL. AVG.

ADVENTVS AVGG. Triremis Prætoria. *In alio ADVENTVS AVG.*

ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

\* FIDELI EXERCITVS. Figura ſtans, vtraque manu tenens Signum Militare, cum alio Signo à tergo. *IN.  
Num. Faſch.*

- \* INDVLG. FAECVNDÆ. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam. *Thef. Theopol.*
- INDVL. FAECVNDÆ. ( Figura sedens, dextram in sublime attollens, sinistra Hastam,  
( Figura Turrita sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam.
- MARTI PACATORI. Mars Galeatus, dextra Ramum, sinistra Hastam, & Clypeum tenens.
- MARTI PROPVGNATORI. Mars gradius, dextra Hastam, sinistra Spolia super humerum.
- FORT. RED. P. M. TR. P. XIII. COS. III. P. P. Figura Stolata stans, dextra Cornucopiæ,  
sinistra Temonem inuersum cum Rota ad pedes.
- MONETA AVG. Monetæ Typus.
- PONTIF. TR. P. XIII. COS. III. Figura Militaris gradiens, dextra Hastam, sinistra Scutum.
- \* P. M. TR. P. XIII. ( Figura Militaris, dextra Hastam, sinistra Scipionem. *Num. Fasc.*  
COS. III. P. P. | Figura Stolata gradiens, dextra ramum Lauri, sinistra Hastam.  
| Figura Militaris, dextra Hastam, sinistra Parazonium. *P. Miny.*
- ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.
- VICTORIAE BRIT. Figura sedens vtraque manu Trophæum.
- ANTONINVS PIVS AVG. *aly* IMP. ANT.
- \* ADVENT. AVGG. Nâuis Prætoria. *D. Magnauacca.*
- P. M. TR. P. XIII. COS. III. P. P. Figura Equetris.
- PAX AVGVSTI. Pax gradiens, dextra Ramum, sinistra Hastam.
- LIBERALITAS AVGG. IIII. Figura stans, dextra Congium.
- ADVENTVS AVGVSTI. Triremis Prætoria.
- M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.
- SECVRIT. SÆCVLI. Figura sedens, dextram capiti admouens.
- LIBERALITAS AVG. VI. Figura stans, dextra Congium, sinistra Cornucopiæ.
- IMP. CAES. M. AVREL. ANTONINVS PIVS FELIX. AVG. BRIT.
- P. M. TR. P. XIII. IMP. II. COS. III. P. P.
- \* ADVENTVI AVGG. Triremis Prætoria. *I. C. Bon.*
- \* ANNONA AVG. Figura stans, dextra Spicas super Congium protendens, sinistra Temonem, *P. Miny.*
- \* FELICIA TEMPORVM. Quatuor Pueruli, quatuor Anni Tempora designantes. *Vaill. Tom. 2. f. 115.*
- \* FELICITAS IMPERII. Figura stans. *P. Miny.*
- \* FELICITAS TEMPOR. Figura mul. stans, sinistra Caduceum, dextram porrigit Caracallæ læua Cornucopiæ gerenti, *ibidem f. 116.*
- \* LIBERALITAS AVG. V. Figura stans, dextra Tesseram, sinistra Cornucopiæ. *P. Miny.*
- \* ROMAE FELICI. *Spanhem. f. 727.*
- ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.
- \* FORT. RED. P. M. TR. P. XIII. COS. III. P. P. S. C. Fortunæ Reducis sedentis Typus. *M. N.*
- \* IOVI SOSPITATORI S. C. Iupiter in Templo Quadrato. *Ind. Palatio.*
- \* PROVIDENTIAE DEORVM S. C. Prouidentia stantis Typus. *Num. Fasc.*
- SECVRITATI PERPETVAE S. C. Figura sedens sellæ nixæ, dextram capiti admouens, sinistra Scipionem.
- VICTORIAE BRITANNICAE S. C. Victoria inscribens Clypeo Palmæ imposito.
- \* VOTA PVBLICA S. C. Figura ad Aram sacrificans. *M. N.*
- M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT. PONTIF. *in alijs deest* PONTIF.
- \* CONCORDIA AVGVSTORVM S. C. Geta, & Caracalla iungentes dextras, cum duabus alijs Figuris, quæ Laureas eorundem Capitibus imponunt, *Musei Bulgherini.*
- FORT. RED. P. M. TR. P. XI. II. COS. III. P. P. S. C. Idem vt superior Argenteus.
- IOVI SOSPITATORI S. C. Iupiter in Templo Quadrato.
- \* PONT. M. TR. P. XIII. COS. III. S. C. Imp. sacrificantis habitu, dextra Pateram tenens super Aram accensam, à Victoriâ retro stante, sinistra Palmam tenente, dextra Coronatur, antè Aram alia Figura Velata, & Popa Taurum feriens. *Pat. Thesaur.*
- ( Figura muliebris stans, dextra Victoriolam cum Captiuo procumbente, sinistra Clypeum.
- P. M. TR. P. XIII. COS. III. P. P. S. C. ) Figura sedens, dextram admouens Capiti, sinistra Spicas, ponè Cornucopiæ. *Ind. Cauotorta.*
- ( Figura sedens, dextram admouens Capiti, sinistra Temonem, sub sede caput Elephantis. *Ex M. N. rest.*
- PROVIDENTIAE DEORVM S. C. Prouidentia stantis Typus.
- SECVRITATI PERPETVAE S. C. Vt superior.
- \* SECVRITAS S. C. Figura sedens, dextram Capiti imponens, sinistra Sceptrum antè Aram. *Ind. Pellegrini Ascany.*
- VICTORIA P. M. TR. P. XIII. COS. III. P. P. S. C. Victoria cum Captiuo stans ad Trophæum.
- ANTONINVS PIVS AVG.
- VICT. BRIT. TR. P. XIII. COS. III. S. C. Victoria cum Trophæo, & Captiuo.
- PONTIF. MAX. TR. POT. P. P. S. C. COS. III. Triremis in medio Mari vndaş fulcans. *Angellon. f. 257.*
- LIBERALITAS AVG. IIII. S. C. Figura stans, dextra Tesseram, sinistra Cornucopiæ. *Ex Thef. Med. Reuerendissimus Noris.*
- M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG.
- \* VICT. BRIT. TR. P. XIII. COS. III. S. C. Victoria gradiens coronans Trophæum, propè quod Figura muliebris stans, & Captiuus humi decumbens. *M. N.*
- \* PONTIF. TR. P. XIII. COS. III. S. C. Figura Militaris gradiens, dextra Ramum, sinistra Hastam, cum Trophæo. *Num. Fasc.*
- IMP. CAES. M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG.
- \* PAX AVGVSTI S. C. Pax gradiens, dextra Ramum, sinistra Hastam. *Angell. f. 257.*  
*Pacis cum Britannis precipitanter facta, fortè restis Nummus.*

M. AN.

M. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

\* P. M. TR. PO. XIII. COS. III. P. P. S. C. \* Elephas gradiens. *Angellon. f. 248.*  
 } Securitas sedens, dextram capiti admoens, sinistra  
 } Palmam. *Ind. Polatio.*

\* ADVENTVS AVGVSTOR. Triremis Prætoria in medijs fluctibus. *Oysel. tab. 91. n. 3.*  
 \* SECVRITAS PERPETVA S. C. Pallas Galeata stans, dextra Scutum, sinistra Hastam. *idem*  
*tab. 40. n. 2.*

ANTONINVS PIVS AVG. BRIT. in alijs M. AVREL.

\* LIBERALITAS AVGG. V. VI. S. C. Duo Imp. sedentes in suggestu, in quo & Figura muliebris,  
 dextra Tesseram, sinistra Cornucopiz, ad pedes suggestus alia Figura scalas ascendens. *M. N.*  
*Docet nos Nummus hic duplex Congiarium Caracalla, & Geta distributum reuersis Imp. Ro-*  
*mam, ibidem auspicantibus Imperium.*  
 LIBERALITAS AVG. VI. S. C. Figura stans dextra Tesseram, sinistra Cornucopiz.

ANTONINVS TR. P. XIV. XV. COS. III. DES. III. IMP. II.

COSS. M. Pompeius Asper. . . . . Asper.

A.P.C. 965.  
 Christi 212.

*Antonius Geta Frater in Matris gremio occidit A. D. V. Kal. Martij.*

Avr. M. AVRELIVS ANTONINVS PIVS.

LIB. AVG. VII. Figura stans, dextra Tesseram, sinistra Cornucopiz.

*Hanc Liberalitatem describit Herodotus alla Antonini post Geta occisum recensens, sic scri-*  
*bens. Tum pro salute, Imperioque suo singulis Militibus Acticarum, Drachmarum duo millia*  
*super quingentas pollicetur, prætereaque Annonæ supra quam sueti accipere dimidium, iubet*  
*item iam tum ex Templis, Theaurisque sibi ipsis pecuniam sumere largiter effusis vno die, quæ-*  
*cunque per duodeviginti annos Seuerus collegerat, atq; recondiderat, ex alienis calamitatibus &c.*

Ar. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

Figura capite Turrato stans dextram elevans, sinistra Scipionem tenens.

Salutis sedentis Typus.

P. M. TR. P. XV. Hercules nudus stans, dextra Ramum, sinistra spolia Leonis cum Claua.

COS. III. P. P. \* Serapis capite Calathro ornato, dextram elevat, sinistra Hastam per transver-

sum. *Oysel. tab. 43. n. 12.*

Figura stans inter plures Captiuos humi stratos. P. Minij.

Elephas.

*Nummum hunc illustrat Dionis locus in Caracalla, post descriptam Geta, reliquorumque Illus-*  
*trum Virorum mortem sic scribens. Post hæc ex cædibus animum ad ludos applicat, in quibus*  
*itidem multas cædes fecit, nam vt omittam Elephantum, Rhinocerontem, Tigri, Hippotigrim*  
*cesas in Amphitheatro, quod parui momenti sunt Gladiatorum sanguine potissimum delectabatur.*

IMP. CAES. M. AVREL. ANTONINVS PIVS FEL. AVG. BRIT.

P. M. TR. P. XV. IMP. II. COS. III. DES. III. P. P.

Ar. M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

\* P. M. TR. P. XV. COS. III. P. P. S. C. Figura Paludata stans, dextra Victoriolam, sinistra Hastam  
 cum Clypeo, ad pedes Captiuus. *ex M. N. rest.*

ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

P. M. TR. P. XV. \* Elephas. *Musei Paparotti.*

COS. III. P. P. S. C. \* Figura sedens, dextram admoens capiti, sinistra Icunculam. *Ind. Caucortæ.*

\* Iupiter Serapis stans, dextra expansa, sinistra Hastam. *Ind. Polatio.*

\* LIBERALITAS AVG. S. C. Imp. distribuens Congiarium. *Vaill. Tom. 1. f. 119.*

ANTONINVS TR. P. XV. XVI. COS. III. IMP. III.

COSS. Antoninus Aug. IIII. D. Caius Balbinus II.

A.P.C. 966.  
 Christi 213.

*Profectio Antonini ad Bellum Germanicum, ubi ob Victoriæ reportatam GERMANICVS dicitur.*

Avr. ANTONINVS PIVS FEL. AVG.

VICTORIA GERMANICA. Victoria gradiens cum Trophæo.

Ar. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

Figura Stolata stans, dextra Pileum, sinistra Hastam,

P. M. TR. P. XVI. ) Figura Stolata stans, dextram protendens, sinistra Hastam,

COS. III. P. P. ) Figura nuda stans, dextra Ramum, sinistra Scipionem.

\* Elephas. *Ex Thes. Med. Reuerendissimus Noris.*

\* PROPECTIO AVG. Imp. Paludatus stans, sinistra Sceptrum, dextra duo Signa Militaris. *Musei*  
*Daniae.*

IMP. C. M. AVREL. ANTONIN. PIVS FEL. AVG. BRIT.

P. M. TR. P. XVI. IMP. II. COS. III. P. P.

ANT. PIVS AVG. GERM.

INDVLGENTIAE AVG. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Sceptrum.

\* INDVLGENTIA AVG. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam. *Thes. Theopol.*

\* PONTIF. MAX. COS. IIII. Figura Militaris, dextra Hastam, sinistra Scipionem. *Num. Fesch.*

VENVS VICTRIX. Figura muliebris stans, dextra Galeam, sinistra Hastam, & Clypeum, cum  
 duobus Captiuis.

Ar. M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

P. M. TR. P. XVI. IMP. II. COS. III. P. P. S. C. Circus, cuius reliquæ etiamnum visun-  
 tur, tertio ab Vrbe lapide in Via Appia.

P. M. TR. P. XVI. COS. IIII. P. P. S. C. Figura stans, dextra Pileum, sinistra Hastam.

M. AV.



M. AVREL. ANTONINVS BRIT.  
P. M. TR. P. XVI. COS. III. P. P. S. C. Figura stans, dextra Pileum, sinistra Hastam. *Ind. Causortia.*

M. AVREL. ANTONINVS AVG. PIVS.  
P. M. TR. P. XVI. COS. III. P. P. S. C. Figura stans, dextra Pileum, sinistra Hastam.

IMP. CAES. M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.  
P. M. TR. P. XVI. IMP. II. COS. III. P. P. S. C. Circus.  
P. M. TR. P. XVI. COS. III. P. P. S. C. Figura dextra Victoriolam, sinistra Hastam cum Captiuo assidente.

M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT. TR. P. XVI.  
IMP. II. COS. III. P. P. S. C. Quadrigæ Triumphales cum Imperatore.

ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.  
\* P. M. TR. P. XVI. IMP. II. COS. III. P. P. S. C. Imp. in Quadrigis coronatur à Victoria. *Ind. Polatio.*

\* P. M. TR. P. XVI. COS. III. P. P. S. C. Figura Militaris stans, dextra Victoriolam, sinistra Hastam, & Scutum, cum Captiuo ad pedes. *ibidem.*

M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. GERM.  
\* P. M. TR. P. XVI. COS. III. P. P. S. C. Figura dextra Victoriolam, sinistra Hastam, cum Captiuo ad pedes. *Ind. Causortia.*

..... COS. III. P. P. S. C. Figura Militaris stans, dextra Victoriolam, sinistra Hastam cum Clypeo.

ANTONINVS PIVS AVG. GERM.

P. M. TR. P. XVI. IMP. II. COS. III. P. P. S. C. 1. \* Imp. in Quadrigis à Victoria coronatur. *ex M. N. rest.*

\* P. M. TR. P. COS. III. P. P. Serapis sedens, dextra Cani nescio quid porrigens, sinistra Hastam tenens. *Ex Thes. Mediceo Reuerendissimus Noris.*

PROVIDENTIAE DEORVM S. C. Prouidentiae Typus, vt superiori anno.

\* VENVS VICTRIX S. C. Figura laureata stans, dextra Victoriolam, sinistro cubito Scuto nixa, sub quo Galea. *M. N.*

M. AVREL. ANTONINVS PIVS FELIX AVG. GERM.  
PROVIDENTIAE DEORVM S. C. Prouidentiae Typus.  
SECVRIVATI PERPETVAE S. C. Securitatis Typus.

[Multæ Figuræ stantes.

ANTONINVS PIVS AVG.

\* GER. VOTIV. Imp. nudus quatuor Equis tractus, dextra Coronam, & Victoriolam, sinistra Palmam tenens. *Ind. Causortia.*

*Nummum explicat Herodianus scribens. Caeterum Germanos illic sibi omnes adiunxit, atque in amicitiam conciliauit, sic, vt ex his socios bellorum, & custodes corporis, & validissimum quemque, & pulcherrimum sibi adsciuerit.*

M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG. GERM.

\* P. M. TR. P. XVI. COS. III. P. P. S. C. Libertatis stantis Typus. *M. N.*

ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

PROFECTIO AVG. S. C. \* [ Figura gradiens, dextra Scipionem, sinistra Cornucopiae.  
[ Figura Militaris stans, dextra Hastam, sinistra Scipionem, pone duo Signa Militaria. *Thes Theopol.*

PROFECTIO AVG. FELICISS. [ Figura gradiens, dextra Hastam, à tergo duo Signa Militaria.  
[ Duæ Figuræ Militares gradientes.

*Professionem hanc egregie describit Herodianus lib. 4. sic scribens. His actis stimulante malorum facinorum conscientia, vitamq; perosus vrbanam, statuit Roma secedere, vt & Milites ordinaret, & Prouincias inuiseret, igitur Italia discedens ad Ripas Danubij peruenit, & partes Imperij Romani Septentrioni subiectas ordinauit.*

\* CERVO MTIVS. Athleta in Quadrigis, dextra Lauream cum Scutica, sinistra Palmam. *Pasin. Thesaur.*

\* Athleta nudus Equum defultorium retinens. *ibidem.*

\* Hercules Taurum domans. *ibidem.*

\* Circus cum quatuor Quadrigis, Obelisco, Metis &c. *ibidem.*

ANTONINVS TR. P. XVI. XVII. COS. III. IMP. II.

COSS. *Siluius Messalla. Q. Aquilius Sabinus.*

*A.V.C. 967. Christi 214.*

*Liberalitates VIII. VIII. Macedoniam, & Asiam lustrat Antoninus.*

*Aur.* ANTONINVS PIVS AVG. GERM.

[ Figura Strolata stans, dextra Ramum, sinistra Scipionem.

[ Duæ Figuræ, alia Togata, alia Armata, cū Caduceo, Cornucopiae, & Puerulo.

P. M. TR. P. XVII. ) Figura sedens, sinistra Sellæ nixa, dextra Ramum protendens.

COS. III. P. P. ) Imp. nudus stans, dextra Fulmen, sinistra Hastam cum Aquila.

[ Victoria stans coram Trophæo.

[ Octo Figuræ sacrificantes coram Templo. *Vaill. tom. 2. f. 117.*

\* LIBERALITAS AVG. VIII. Imp. stans in substructione pro Congiario distribuendo, assistentibus alijs Figuris. *Vaillant. Tom. 2. f. 117.*

*Ar.* ANTONINVS PIVS AVG. BRIT. *in alijs M. AVREL.*

P. M. TR. P. XVII. COS. III. P. P. Figura *in alijs* sedens, *in alijs* stans, dextra Ramum protendens, sinistra Scipionem.

LIBERALITAS AVG. VI. VIII. VIII. Stans Figura, dextra Tesseram, sinistra Cornucopiae.

Eccc

AN.

ANTONINVS PIVS AVG. GERM.  
LIBERALITAS AVG. VIII. Vt superior.

\* PROFECTIO AVG. Imp. Paludatus stans inter Signa Militaria. *Ex Thef. Mauroceno l.C. Bon.*

\* VIRTVS AVG. Imp. Eques, sinistra iaculo Captiuum prosternens. *Num. Arscot. tab. 54. n. 15.*

*E.* ANTONINVS PIVS AVG. GERM.  
P. M. TR. XVII. COS. III. P. P. S. C. } Aesculapius cum Baculo, & Serpente, cui assistit Puerulus.

\* } Figura Militaris, dextra Ramu, sinistra Hastam. *Ind. Polatio.*

P. M. TR. P. XVII. IMP. III. } \* } Victoria gradiens, ambabus manibus Trophaeum gerens, ad pedes  
COS. III. P. P. S. C. } Captiuus genuflexus manibus elatis. *Angellon. f. 257.*

\* } Imp. in substructione, cum alia Figura Galeata, tres Milites stantes  
cum Signis Militaribus alloquitur. *ibidem.*

M. AVREL. ANTONINVS PIVS FELIX AVG. GERM.  
P. M. TR. P. XVII. IMP. III. } Figura Militaris stans, dextra Victoriolam, sinistra Hastam, & Cly-  
COS. III. P. P. S. C. } peum cum Captiuo assidente.

\* } Circus, aut Hippodromus.

VICTOR. Figura nuda stans, dextra Victoriolam, sinistra Clypeum.

M. AVR. ANTONINVS PIVS FELIX AVG.  
\* P. M. TR. P. XVII. IMP. III. COS. III. P. P. S. C. Imp. in substructione cum duabus alijs  
Figuris Militaribus alloquitur tres Figuras Militares stantes, cum Signis. *Musae Moscardi.*

IMP. CAES. M. AVREL. ANTONIN. PIVS FELIX AVG. GERM.  
P. M. TR. P. XVII. IMP. III. COS. III. P. P. Figura Militaris, cui alia duas Spicas porrigit.

ANTONINVS PIVS AVG. BRIT. *in alyis M. AVREL.*

LIBERALITAS AVG. VI. VIII. VIII. S. C. Liberalitas sedens.

\* P. M. TR. P. XVII. COS. III. P. P. S. C. Figura Militaris, dextra Victoriolam, sinistra  
Hastam, cum Scuto ad pedes, & Captiuus reuinctis post tergum manibus sedens. *M. N.*

\* LIB. AVG. VIII. P. M. TR. P. XVII. IMP. III. COS. III. Imp. in substructione Congia-  
rium distribui iubet. *Ind. Polatio.*

\* } Imp. Eques Captiuum humi stratum conculcans. *Ind. Polatio,*  
P. M. TR. P. XVII. IMP. III. \* } Imp. Paludatus iniidens spolijs Coronatur a Victoria volitante,  
COS. III. S. C. } dextra Victoriolam pro pedibus Imp. Captiuus genuflexus.  
L *Vasil. tom. 1. f. 120.*

ANTONINVS TR. P. XVII. XVIII. COS. III. IMP. III.

COSS. *Aemilius Latus II. Anicius Cerealis.*

*Alexandrinis iratus illos interuentione cadit.*

*A.P.C. 968.  
Christi 215.*

*Avr.* ANTONINVS PIVS AVG. GERM.  
\* P. M. TR. P. XVIII. COS. III. P. P. Imp. Paludatus adstante sibi Milite cum Labaro, sacrum  
facit ante Altare, Aesculapio stante praeforibus Templi Tetrastylis, ad cuius latus stat Victoria  
cum Palma. *Vasil. tom. 2. f. 117.*

*Ar.* ANTONINVS PIVS AVG. GERM.

\* } Figura sedens, sinistra Hastam cum Congio spicis pleno ad pedes. *Musae  
Davia.*

\* } Quadriga, in qua Antoninus Solis habitu decurrit. *Ex Thef. Theopol.  
I C. Bon.*

Figura Stolata stans vtraque manu Signum Militare tenens.

Iupiter stans, dextra Fulmen, sinistra Hastam.

Aesculapius cum Serpente.

Iupiter sedens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam, ad pedes Aquila.

P. M. TR. P. XVIII. ) Apollo, dextra Ramum, sinistra Lynam in trunco Arboris.

COS. III. P. P. ) Figura muliebris stans inter quatuor Signa militaria, quorum duo manibus  
tenet.

Figura stans, dextra Ramum, sinistra Hastam.

Apollo seminudus stans, dextram in sublime eleuans, sinistra Hastam.

\* } Figura stans, sinistra Hastam. *P. Momy.*

\* } Figura stans inter duo Signa Militaria. *ibidem.*

\* } Figura stans, dextra Ramum, sinistra Lynam, *Ex Thef. Med. Reueren-  
dissimus Noris.*

\* } Figura nuda, dextram attollens, sinistra Globum cum spolijs. *ibidem.*

*E.* M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. GERM.

\* } Iupiter sedens cum Aquila, dextra Vatem, sinistra Hastam.  
*Ind. Cauarorta.*

P. M. TR. P. XVIII. IMP. III. ) \* } Aesculapius, dextra Baculum cum Serpente, pone cum Telef-  
COS. III. P. P. S. C. ) phorus, ad pedes Globus. *M. N.*

\* } Imp. dextro pede Crocodilum calcans, dextram porrigit Figuram  
tenenti dextra Spicas, sinistra Sistrum. *M. N.*

\* } Figura Militaris, dextra Victoriolam, sinistra Hastam cum  
Clypeo, ad pedes Captiuus humi sedens. *M. N.*

ANTONINVS PIVS AVG. GERM.

P. M. TR. P. XVIII. COS. III. P. P. S. C. ) \* } Apollo nudus, dextra Ramum, sinistra Lynam Cippo impositam  
tenens. *Ind. Cauarorta.*

\* } Aesculapius cum Telephoro.

\* } Figura muliebris stans, a dextris Puerulum, a sinistris Globum te-  
nens. *Ind. Cauarorta.*

P. M.

\*  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Victoria gradiens ambabus manibus Trophæum tenens, ad pedes Paruulus} \\ \text{alatus, qui Trophæum accipere videtur. } M. N. \end{array} \right.$   
 P. M. TR. P. XVIII. }  
 \* IMP. III. COS. III. } Figura Galeata insidens spolijs, dextra Victoriolam, cum Laurea, sinistra  
 P. P. S. C. } Hastam, ad pedes Paruulus alatus. *M. N.*

\*  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Figura Militaris Galeata stans, dextra Ramum, sinistra Hastam, dextro pe-} \\ \text{de Scutum calçans, } Angellon. f. 257. \end{array} \right.$

M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG.

P. M. TR. P. XVIII. IMP. III. COS. III. P. P. S. C.  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Figura Militaris aliam muliebrem aspiciens,} \\ \text{Aesculapius seminudus, dextra Serpentem.} \end{array} \right.$

M. AVREL. ANTONINVS PIVS FELIX AVG.

\* P. M. TR. P. XVIII. IMP. III. }  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Imp. alloquitur Cohortes.} \\ \text{LIB. AVG. Imp. sedens in substructione, in qua à sinistris Militaris} \\ \text{COS. III. P. P. S. C. } \end{array} \right.$  Figura, à dextris muliebris, dextra Tesseram protendens Figu-  
 ra aliæ Scalas ascendi. *M. N.*

ANTONINVS PIVS AVG.

\* P. M. TR. P. XVIII. IMP. III. COS. III. P. P. S. C. Bini Boues, vel Leones sub iugo velo-  
 citer currentes, supra quos Figura quasi de Cælo euolans. *Ind. Canotorta.*

.....  
 P. M. TR. P. XVIII. IMP. III. }  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Imp. Paludatus, dextro pede proræ Nautis imposito, cui Figura} \\ \text{COS. III. P. P. S. C. } \end{array} \right.$  Muliebris Spicas porrigit. *Vaill. tom. 1. f. 120.*  
 \* } Imp. Eques Captiuum prosternens. *ibidem.*  
 \* } Quadrigæ Triumphales, *Num. Fascb.*

ANTONINVS TR. P. XVIII. XIX. COS. III. IMP. III.

COSS. Q. Aquilius Sabinus. Sex. Cornelius Annullinus,

A.V.C. 969.  
 Christi 216.

*Bellum Parthicum insidijs actum, Barbari plures casti. Antoninus in Mesopotamiam reuertitur,*

Ar. ANTONINVS PIVS AVG. GERM.

$\left\{ \begin{array}{l} \text{Figura nuda stans, dextram cætuans, sinistra Globum,} \\ \text{Imp. stans, dextra Fulmen.} \\ \text{Iupiter sedens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam.} \\ \text{Figura nuda, sinistra tenens Hastam.} \\ \text{Leo gradiens Fulmen ore tenens.} \\ \text{Leo toto corpore erigitur.} \\ \text{Figura nuda stans, dextra Spicas, sinistra Hastam.} \\ \text{Figura Stolata stans, dextram in sublime porrigens, sinistra Scipionem,} \\ \text{Iupiter nudus, dextra Fulmen, sinistra Hastam, } M. N. \\ \text{Quadriga, in qua Sol radiatus. } P. Miny. \end{array} \right.$

P. M. TR. P. XVIII. }  
 COS. III. P. P.

Ar. ANTONINVS PIVS AVG. GERM.

P. M. TR. P. XVIII. COS. III. P. P. S. C. Quadrigæ aurigante Sole.  
 M. AVREL. ANTONINVS PIVS FELIX AVG.  
 P. M. TR. P. XVIII. IMP. III. COS. III. P. P. S. C. Imp. in substructione alloquitur Cohortes.

\* P. M. TR. P. XIX. COS. III. P. P. S. C. Leo Fulmen tenens. *Patin. Ind. f. 19.*

ANTONINVS TR. P. XIX. XX. COS. III. IMP. III.

COSS. C. Brutius Presens. T. Messius Exiricatus II.

A.V.C. 970.  
 Christi 217.

*Decennalia secunda Antonini, qui A. D. VI. Id. Aprilis occiditur.*

Ar. ANT. PIVS AVG. GERM.

P. M. TR. P. XX. COS. III. P. P. }  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Iupiter dextra Fulmen, sinistra Hastam.} \\ \text{VIC. PARTH. Victoria cum Trophæo, & duobus Captiuis,} \\ \text{\& Clypeo, in quo VOT. XX,} \end{array} \right.$

\* P. M. TR. P. XX. COS. III. P. P. Catrus à Tauris vecto, in quo Figura muliebris cum crescente  
 Lunæ in capite. *Vaill. Tom. 2. f. 118.*

Ar. ANT. PIVS AVG. GERM.

$\left\{ \begin{array}{l} \text{Iupiter dextra Fulmen, sinistra Hastam.} \\ \text{Figura Solis dextram in sublime attollens, sinistra Flagrum,} \\ \text{Figura stans, dextra Corollam, sinistra Hastam.} \\ \text{Bigæ,} \\ \text{Figura muliebris stans, dextra Victoriolam expansis velis,} \end{array} \right.$

ANTONINVS PIVS AVG. GERM.

\* P. M. TR. P. XX. COS. III. P. P. Figura Militaris dextra Hastam, *Num. Fascb.*  
 VICTORIA PARTHICA, Victoria instans spolijs, sinistra tenens Scutum, in quo VOT. XX.

VICT. PART. P. M. TR. P. XX. }  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Victoria dextra Lauream imponit Imperatori, sinistra Palmam} \\ \text{tenet.} \\ \text{Imp. dextra Globum, sinistra Hastam, cum Captiuo ad pedes.} \\ \text{Thes. Theopol.} \end{array} \right.$   
 COS. III. P. P.

IMP. C. M. AVR. ANTONINVS.

CONSECRATIO. Aquila.

Ar. IMP. CAES. M. AVREL. ANTONIN. PIVS FEL. AVG. GERM.

P. M. TR. P. XX. COS. III. }  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Leo Fulmen ore tenens.} \\ \text{Quadrigæ aurigante Sole.} \end{array} \right.$   
 P. P. S. C.

P. M.

## ANTONINVS CARACALLA.

- P. M. TR. P. XX. COS. III. \* } Sol capite radiato nudus, dextra Scuticam in Quadrigis. *Tristan.*  
 P. P. S. C. } *Tom. 2. f. 172.*
- ANTONINVS PIVS AVG. GERM.  
 \* IMP. III. COS. III. P. P. S. C. Victoria stans ambabus manibus Trophæum tenens, antè cum  
 Leo erectus. *Tristan. Tom. 2. f. 168.*
- P. M. TR. P. XX. COS. III. \* } Iupiter sedens, dextra Victoriolam, à qua coronatur, sinistra Haf-  
 P. P. S. C. } tam, ad pedes Aquila. *M. N.*  
 \* } Leo radiatus gradiens, Fulmen ore tenens. *M. N.*  
 \* } Æsculapius, antè quem Animal triceps. *P. Castanei.*
- \* P. M. TR. P. XX. P. P. S. C. Iupiter sedens, dextra Victoriolam, à qua Lauream accipit, sinistra  
 Hastam, ad pedes Aquila. *Ex Thef. Mediceo Reuerendissimus Noris.*
- \* P. M. TR. P. XX. COS. III. S. C. Leo in pedes erectus radiato capite ore Fulmen tenens.  
*Tristan. Tom. 2. f. 168.*
- .....
- \* P. M. TR. P. XX. IMP. III. COS. III. P. P. S. C. } \* } Quadrigæ Triumphales aurigante Sole. *Vail-*  
 } *lant. Tom. 1. f. 120.*  
 \* } Figura muliebris in Curru à Tauris vecto. *ibid.*
- \* P. M. TR. P. XX. COS. III. P. P. S. C. Diana in Curru à Bobus vecto. *Patin. Ind. f. 19.*
- DIVO ANTONINO MAGNO.  
 \* CONSECRATIO S. C. Rogus. *Vaill. Tom. 1. f. 120.*

## NUMMI CARACALLÆ IN COLONIIS CVSI.

## Antiochia.

- IMP. CAES. M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG.  
 COL. CAES. ANTIOCHIA. Lupa cum Gemellis. *Musai Bassetti.*
- \* COL. CAES. ANTIOCH. Deus Lunus stans, dextra Hastam, sinistra Victoriolam, à qua corona-  
 tur, ad pedes Gallus. *Patin. Ind. f. 20.*
- \* COL. CAES. ANTIO. Iupiter cum Aquila, & Hasta. *Thef. Theopol.*

## Berytus.

- \* COL. IVL. AVG. FEL. BER. } Hercules nudus stans inter duos Angues erectos. *Patin. Ind. f. 19.*  
 \* } Templum, in quo Imp. laureatus à Victoria coronatur. *ibidem.*

## Cæsarea.

- IMP. C. M. AVREL. ANTONINVS.  
 \* COL. CAESAREAE IN. AA. Porticus, seu Templi aditus, in quo prominet media Figura Cu-  
 cullata, *Tristan. Tom. 2. f. 168.*

## Carrhæ.

- \* COL. AVR. KAR. KOMM. P. F. *Spanhemius fol. 727.*

## Corinthus.

- \* C. L. I. COR. Delphin propè Arborem, supra quam Puer. *Patin. Ind. f. 20.*

## Deultum.

*Thracia Vrbs Colonia à Vespasiano Pacifico, & Pio Principe deducta, Flavia Pacifica dicta, diu suis iacuit  
 ruinis, tandem (testante apud Cl. Patinum Curopolite) à Basazetbo Amurathis Turcarum Imp.  
 Patre restaurata, dictaque ut nunc Zagora.*

- \* COL. FL. PAC. DEULT. Lupa cum Gemellis. *Patin. Ind. f. 20.*

## Colonia Heluis.

- \* I. O. M. H. COL. HELV. Templum. *Patin. Ind. f. 19.*  
 \* COL. HEL. Caput muliebre Turratum, retrò quod Laurus. *ibidem.*

## Incerta.

- \* COL. IVL. . . . . Templum pulcherrimum. *Patin. Ind. f. 20.*  
 \* COL. MET. . . . . Caput muliebre Turratum. *Patin. Ind. f. 19.*  
 \* MVN. CO. . . . AN. Rusticus sacco onustus, sinistra baculum. *ibidem.*

## Laodicea.

*Quoniam ex pluribus Laodicis à Laodice Antiochi Regis Vxore, Seleucique Matre sic dictis, Colonia Roma-  
 norum dignitate ornata fuerit non facile est diuimare, tamen cum Eruditissimo Tristanò (sequente  
 Nummum illustrante Tom. 2. f. 178.) illam Laodicem, quæ est in Calo Syria Coloniam Romanorum  
 fuisse existimo, id etiam testante Vulpiano l. 1. ff. de Censibus, quam & Liberam cognominavit Plinius,  
 & hodie Lizza, seu Licche dictam, ex Minadoio, & Olluario scribit Ferrarius in Lexico Geographico.*

- \* COL. LAÖDIC. ASMA. . . . . ΔΕ. Aquila in medio Templi duarum Columnarum. *Tristan.*  
*Tom. 2. f. 177.* LAO-

- \* LAODICEON. [Duo Athletæ nudi inpicem decertantes. *Patin. Ind. f. 19.*
- \* [Caput Turrutum in Arcu duarum Columnarum, *ibidem.*
- \* LADICEON. Caput Turrutum in Templo, *Thef. Theopol.*

Patæ.

- \* Diana Laphria succincta, Arcui quem Cippo imponit sinistro brachio nixa, ad pedes Ceruus. *Spon. Voyages Tom. 3. f. 172.*
- \* Mercurius infidens Rupi dextra portensa, sinistra Caduceum, ad pedes Agnus, *Patin. Ind. f. 19.*

Ptolomais.

- \* COL. PTOL. Caput Serapidis cum Modio, & Sceptro. *Patin. Ind. f. 20.*

Sidon.

*Palestina Vrbs maritima apud Ptolemaum, & alios Said hodie vocari Nigro, & Postello testibus scribit Ortellius in Lexico Geographico. Antiquis Colonia Aurelia Pia Metropolis Sidon dicta est.*

IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS AVG.  
SID. METRO. . . . . N. PIA. Currus bigatorum, cui insitit Templum, & in eo duæ Figuræ.

- \* COL. AV. METRO. SID. Currus, in quo duo saxa in conum desinentia. *Patin. Ind. f. 19.*
- \* COL. AVR. PIA METR. SIDON. Circum Lauream, in qua CER. SACR. HOCVM. ISAELA. *Thef. Theopol.*

Sinope.

- \* C. I. AV. SINOP. A. H. Serapis cum Modio cubans in lecto, dextra Aquilam, sinistra Hastam per transversum. *Patin. Ind. f. 20.*

Stobe.

IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS.  
\* MVNIC. STOBE. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Tristan. Tom. 2. f. 175.*  
\* MVNICIP. STOBE. Eodem Typo. *Patin. Ind. f. 19.*

Troas.

- \* COL. AVG. TROAS. Romulus, & Remus sub Lupa. *Patin. Ind. f. 19.*
- \* COL. ALEX. TROAS. Templum quatuor Columnarum, in cuius medio Serpens Vasi circumvolutus. *Tristan. Tom. 2. f. 179.*
- \* COL. ALEX. TRO. Equus depascens. *idem f. 180.*
- \* COL. AVR. ANTONINIANA ALEX. *Spanhem. f. 776.*
- \* COL. AVG. TRO. ALEX. *ibidem.*
- \* COL. AVG. TROAD. Equus depascens. *Patin. Ind. f. 19.*
- \* COL. ALEXAND. AVG. Sibylla Laurum dextra tenens, Tripodi pedem imponens. *ibidem.*

Tyrus.

*Rhania Vrbs celeberrima Orbis olim Imperium. Hanc Coloniam deductam à Severo testatur Vulpianus penes Ortellium in Thef. Geographico, qui eandem hodie vocari Suri ex Postello, & Nigro affirmat.*

- \* COLONI. SEPT. TYRVS MET. Figura muliebris Turruta stans, dextram imponens Trophæo, sinistra Hastam per transversum, ponè eam Columna, in qua Victoria Lauream imponens Figuræ, ad pedes hinc Satyrus, illinc Concha Marina. *Patin. Ind. f. 19.*
- \* SEP. TYRVS METRO. COLONIA. Mensa, in qua duo Ollæ, supra mensam ACTIA, infra ERACLIA. *Spanhem. f. 300.*
- \* COL. SEPT. TYRVS MET. COLONI. Figura Turruta stans, dextram imponit Trophæo, ad latus Columna, supra quam Victoria Figuram coronans. *Thef. Theopol.*  
*Septimiam Coloniam à Deductore Septimio Severo Aug. dictam Tyrum, iurè merito nemo, ut credo, inficiabitur.*

70



PLAVTILLA.

Plautiani Filia, Caracallæ Vxor, occiso Plautiano hanc primum in Siciliam cum Filiola relegavit Severus, deinde interemit Caracalla. Vixit in Lipara cum Fratre Plauto calamitissime, in maximo metu, & inopia cerum necessariorum, donec tandem ambo interfecti, PLAV-

- An.** PLAVTILLA AVGVSTA.  
CONCORDIA FELIX. Impp. iungentes dextras.  
PAVTILLAE AVGVSTAE.  
\* ANTON. P. AVG. PONT. TR. P. V. COS. Caput Caracallæ Laureatum. *Vail. tom. 2. f. 120.*  
PROPAGO IMPERII. Impp. iungentes dextras.
- Ar.** PLAVTILLA AVGVSTA.  
CONCORDIA AVGG. Figura Scolata stans, dextra Pateram, sinistra Hastam puram.  
CONCORDIA FELIX. Impp. iungentes dextras.  
DIANA LVCIFERA. Figura vtraque manu Facem tenens.  
HILARITAS. Figura stans, dextra Ramum, sinistra Cornucopiæ.  
PIETAS AVGG. \* (Figura mul. stans, Puerulū sinistro Brachio, & Rosam dextro tenens. *I. C. Bon.*  
(Figura muliebris stans, dextra Hastam, sinistra Puerulum.  
(Venus Scuto innixa, sinistra Ramum Palmæ tenet.  
VENVS VICTRIX. \* (Venus, & Cupido, vterque Pomum dextra; sinistra Venus habet Pal-  
mam, & Scutum. *Ex M. N. rest.*
- PLAVTILLAE AVGVSTAE.  
CONCORDIAE AETERNAE. Impp. iungentes dextras.  
CONCORDIAE. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Cornucopiæ.  
\* PIETAS AVGVST. Figura stans, dextra elata, sinistra Arcam, ad pedes Figura parua stans. *Numi*  
*Arscot. tab. 54. n. 4.*  
PROPAGO IMPERI. Plautilla, & Antoninus dextras iungunt.
- \* CONCORD. AVGG. Figura stans, dextra Pateram, sinistra Hastam. *P. Minj.*
- Ar.** PLAVTILLA AVGVSTA.  
\* CONCORDIA AVGG. S. C. Figura muliebris sedens cum Patera, & Cornucopiæ. *Vail. tom.*  
*1. f. 121.*  
\* PIETAS AVGG. S. C. Figura stans, dextra Hastam, sinistra Parvulum vlnis tenens. *M. N.*  
\* VENVS VICTRIX S. C. Venus nuda stans, dextra Pomum, sinistra Palmam cum Scuto, ante  
eam alia Figura parua stans. *Angellen. f. 258.*

## COLONIARVM NUMMI.

Corinthus.

PLAVTILLA AVGVSTA in alio AVG. Ind. Polatio.

\* C. L. I. COR. Figura stans, dextra Temonem, sinistra Cornucopiæ. *Angellen. f. 258.*\* C. L. I. COR. Figura sedens. *Paris Ind. f. 20.*

71



## P. SEPTIMIVS GETA.

Patre Severo, Matre Iulia genitus, adolescens asperis moribus, non tamen impijs, natura decorus, gulosus, cibo-  
rum cupidus, & vini conditi, vestitus viridi cupidissimus, probus, moderatus, & lenis, literis, & honestis studijs  
deditus, disciplinarum gloria; Vires celebres amavit, & in Palestra exercitatos, placidus; humanus in optimos  
quoque, Matri amabilior, quam Frater, cui semper erat inuisus. Post Parthicum Bellum, cum ingenti gloria  
floreret, Bassiano Augusto appellato, Geta quoque Caesaris, & Antonini nomen accepit. Mortuo Patre,  
à Fratre petitus est invidijs, quos Severi Amici, & Consiliarii reconciliare studebant. Diviso, vtrisque consen-  
tientibus, Romano Imperio, ut Europa cum partibus Meridionalibus Bassiano cederet, Asia, & Orientis Imperium  
Getæ. Sed odium fraternum in dies gliscebat, & Antoninus Fratri insensus, quia cum maior pars ob probitatem  
sectabatur, primum paravit insidias veneno, quibus non procedentibus, nihil tale expectante Geta, in eius irrumpit  
Cubiculum, & supra Matris pectus obtruncat, quod ea illi aliquando ioco prædixisse ferebatur in hanc senten-  
tiam: *Maledicte Parricida Fratrem tuum occidisti.* Mortuus Maiorum Sepulchro, hoc est Severi in Via  
Appia illatus est. Vixit annos 22. menses 9. Obseruandum in Nummis, & Lucij, & Publij prænomen extare.

P. SEPTIMIVS GETA SEVERI AVG. FILIVS CAESAR dicitur à Patre Nonis Marty.

COSS. T. Staterius Saturninus. C. Annus Trebon. Gallus.

A. V. C. 951.  
Christi 198.**Aur.** P. SEPT. GETA CAES.

IMP. SEVERI PII AVG. F. Lituus, Secefpita, Capeduncula, Guttus, Aspergillum.

INVICTI PII F. Vasa Pontificalia vsupra.

PROVID. DEORVM. Figura stans, dextra Globum, sinistra Hastile.

P. SEPT. GETA CAESAR.

\* SEVE. INVICTI AVG. P. FIL. Geta stans dextra elata, sinistra Hastam capite radiato, à tergo  
Trophæum. *T. r. an. Tom. 2. f. 266.* P. SEPT.

- Ar.* P. SEPT. GETA CAES.  
 MARTI VICTORI. Mars hastatus gradiens cum Trophæo,  
 MARTI VLTORI. Mars galeatus vt supra,  
 SPEI PERPETVAE. Spei Typus.  
 SPES PVBLICA. Spei Typus.  
 VOTA PVBLICA, } Figura capite velato, dextra Pateram.  
 } Duz Figuræ stantes porrigentes dextras, alia Caduceum, alia Cornucopiæ  
 tenentes.
- P. SEPTIMIUS GETA CAES. *in alijs CAESAR.*  
 \* AETERNIT. IMPERI. Capita Severi, & Caracallæ aduersa. *Vaill. Tom. 2. f. 121.*  
 FELICITAS AVGG. } Figura stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiæ.  
 } Figura sedens, dextra Spicas ad Canistrum frumentarium, sinistra Cornucop.  
 \* LAETITIA DEORVM. Nauis cum velis, circa quam aliz minores. *Num. Fascb.*  
 MARTI VLTORI. Mars gradiens cum Trophæo.  
 MINERV. SANCTA. Figura Galeata, & Stolata stans, dextra Scutum, sinistra Hastam.  
 MONETA AVG. Monetæ sedentis Typus.  
 PIETAS. Figura stans ad Aram accensam.  
 PROVID. DEORVM. Prouidentiz Typus.  
 \* SEVERI PII AVG. F. Vasa Pontificalia. *M. N.*  
 SPEI PERPETVAE. Securitatis Typus,  
 \* MINERV. SANCT. Pallas Galeata Clypeo dextram imponit, sinistra Hastam gerit. *Vaillant, Tom. 2. f. 122.*  
 \* SEVERI INVIC. PII FIL. Caput Getæ radiatum, pectore Loricato, & brachio erecto. *I.C. Bon.*
- Ar.* P. SEPTIMIUS GETA CAES. *in alio CAESAR.*  
 \* CONCORDIA MILITVM. } Geta Paludatus stans inter sex Signa Militaria,  
 } Figura Paludata stans, à dextris tria habens signa Militaria, quorum  
 vni Lauream imponit, à sinistris duo alia Signa, quæ Sceptro  
 tangit. *Strada.*  
 CONCORDIA MILIT. S. C. Geta stans inter quinque, *in alio* inter sex Signa Militaria.  
 \* SEVERI PII AVG. F. S. C. Lituus, Secepsita, Vrceolus, Simpulus, Aspergillum. *Angell. f. 258.*
- P. SEPTIMIUS GETA CAESAR. *in Federiciano* Caput Getæ cum Thoracæ, & Hasta humero  
 imposita.  
 \* CASTOR. S. C. Figura virilis Equum Capistro retinens. *Vaill. Tom. 1. f. 122.*  
 \* S. C. Figura Paludata in medio sex signorum Militariū. *P. Cattanei.*  
 \* CONCORDIA MILITVM } Figura Paludata stans in medio quatuor Signorum Militarium.  
 } *Musas Federiciani.*  
 \* IOVI SOSPITATORI. Iupiter in Templo Quadrato, sinistra Hastam, dextra expansa. *Patin. Thesaur.*  
 \* CONCORDIA MILITVM S. C. Figura Paludata stans in medio Signorum Militarium, dextra,  
 Pateram, sinistra Hastam. *Vaill. Tom. 1. f. 123.*

GETA CAESAR.

COSS. P. Cornelius Anullinus II. M. Aufidius Fronto.

Severus ad Bellum Parthicum cum Filijs profiscitur.

A.V.C. 952.  
 Christi 199.

- Ar.* L. SEPTIMIUS GETA CAES.  
 SEVERI PII AVG. F. Lituus, Secepsita, Capeduncula, Guttus, Aspergillum.  
 \* BONVS EVENTVS. Figura nuda, dextra Pateram super Ara, sinistra Spicas. *Num. Arscot. tab. 34. n. 4.*
- Ar.* L. SEPTIMIUS GETA CAES.  
 FELICITAS TEMPOR. } Duz Figuræ se mutuo aspicientes, & porrigentes dextras.  
 } Figura stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiæ.  
 \* SPEI PERPETVAE. Spei Typus. *Num. Fascb.*
- \* FELICITAS TEMPORVM. Quatuor Anni Tempora, quatuor Puerulis designata, *P. Miny.*
- Ar.* L. SEPT. GETA CAES.  
 \* SEVERI PII AVG. F. S. C. Lituus, Secepsita, Aspergillum, Vrceolus, Simpulus, *Ind. Caucortia.*

GETA CAESAR.

COSS. Ti. Claudius Severus. C. Aufidius Victorinus.

Babylonia, Seleucia, & Ctesiphontis capta à Severe, & Parthia depopulata.

A.V.C. 953.  
 Christi 200.

- Ar.* P. SEPTIMIUS GETA CAES.  
 VICT. AETER. Victoria gradiens cum Scuto ad pedem dextrum, manibus Fasciam tenens.
- \* L. SEPT. SEV. AVG. IMP. XI. PARTH. MAX. Caput Severi. *Vaill. Tom. 2. f. 123.*
- Ar.* P. SEPTIMIUS GETA CAES.  
 VICTORIAE AVGVSTORVM S. C. Duz Figuræ iungentes dextras, cum Victoria in medio,  
 & Captiuo ad pedes.  
 \* VICTORIA AVGVSTORVM S. C. Duz Figuræ, quarum vna Paludata, alia Togata, sibi manus  
 porrigunt, Victoria supra Trophæum intermedia, quæ vtrique Coronam imponit. *Ex Vaill, Tom. 1. f. 128. rest.*

GETA



## GETA CAESAR PONTIFEX.

A.V.C. 954.  
Christi 201.

COSS. L. Annius Fabianus. M. Nonnius Mutianus.

- Ar.* P. SEPT. GETA CAES. PONT.  
\* NOBILITAS. Figura stans, dextra Hastam, sinistra Palladium. *Hulsus*.  
SEVERI INVICTI AVG. PII FIL. Geta iuuenili facie dextram in sublime attollens, Corona radiata.
- Ar.* P. SEPT. GETA CAES. PONT.  
\* AETERNIT. IMPERI. Seuerus, & Caracalla laureati se mutuo respicientes. *Patin. Thesaurus*.  
ANTONINVS AVGVSTVS. Caput Caracallæ.  
CASTOR. Castor habentis Equum retinens.  
FELICITAS PVBLICA.  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Figura stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiæ.} \\ \text{Figura stans, dextra Bacillum, aut Radium, sinistra Hastam, à tergo} \\ \text{Trophæum.} \end{array} \right.$   
IVLIA AVGVSTA. Caput Iuliz Domne.  
MINERV. SANCT. Pallas stans, dextra Clypeum, sinistra Pilum.  
NOBILITAS. Figura stans, dextra Hastam, sinistra Clypeum.  
*Nobiles apud Rom, tum demum id dicebantur, qui Magistratum Curulem gesserant, quorum primus erat Edilitas Curulis, & inde lus Imaginis ponenda habebant, ut & passim se adeptum iam gloriatur Cicero, postquam Edilis Curulis factus est, & hinc videtur Nobilitas in hoc Nummo Imaginem illam tenere, tanquam eiusdem principium.*  
PIETAS. Figura Stolata ante Aram  
SECVRIT. IMPERI.  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Figura sedens, dextra Sellæ nixa, sinistra Globum tenens.} \\ \text{Figura sedens, dextra Globum, sinistra Sellæ nixa. Oysel. tab. 60. n. 3.} \end{array} \right.$   
SEVERI INVICTI AVG. PII FIL. Geta Corona radiata, iuuenili facie, dextrâ in sublime attollens.  
SPES PVBLICA. Spei Typus.  
P. SEPTIMIUS GETA CAES. PONT.  
\* FELICITAS AVGG. Figura stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiæ. *M. N.*
- Ar.* P. SEPT. GETA CAES. PONT.  
\*  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Iupiter, ad cuius pedes Aquila, sinistra Hastam, & Hercules, dextra Clauam, sinistra exuias Leonis, stantes. D. Magnauacca.} \\ \text{Hercules, & Bacchus. Ex Thes. Med. Reuerendissimus Noris.} \end{array} \right.$   
\* NOBILITAS S. C. Figura Stolata, dextra Hastam, sinistra Victoriolam, vel ut *Hulsus* Palladium.  
SECVRIT. IMPERII S. C. Figura sedens, sinistra Sellæ nixa, dextra Globum.
- L. SEPT. GETA CAES. PONT.  
\* CASTOR, S. C. Figura virilis Equum Capistro retinens. *Ind. Caucortæ.*

## GETA CAES. PONT.

A.V.C. 955.  
Christi 202.

COSS. Seuerus Aug. III. M. Aurel. Antoninus Aug.

Cum Patre Seuero ex Oriente Romam redit Geta Caf.

- Ar.* SEPTIMIUS GETA CAESAR.  
LAETITIA TEMPORVM. Nauis, circa quam Animalia omnis generis, & Quadrigæ decurrentes. *Huius Nummi Typum ex Herodiano explicauimus in Seuero.*
- P. SEPTIMIUS GETA CAES.  
LIBERALITAS AVGG. Liberalitatis Typus, Figura stans, dextra Tesseram, sinistra Cornucopiæ.  
*Ad Congiarium à Seuero, & Filij datum post reditum ex Oriente referri potest Nummus.*
- Ar.* P. SEPTIMIUS GETA CAES.  
VIRTVS AVGVSTOR. S. C. Roma Armata insidens Spolijs, dextra Victoriolam, sinistra Cornucopiæ,

## GETA CAESAR PONT. PRINC. IVENT.

A.V.C. 956.  
Christi 203.

COSS. P. Septimius Geta. L. Septimius Plautianus.

- Ar.* P. SEPT. GETA CAES. PONT.  
\* AETERNI. IMPERI. Capita Seueri, & Caracallæ Laureata se respicientia. *Musæi Dania*.  
PRINC. IVENT.  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Figura, dextra Ramum, sinistra Hastam.} \\ \text{Trophæum, antè quod Figura, dextra Ramum, sinistra Hastam.} \end{array} \right.$   
\* PRINC. IVENTVTIS. *Caesar Paludatus* stans, dextra Ramum, sinistra Hastam cum Trophæo à tergo. *M. N.*

## GETA CAESAR PONT. PRINC. IVENT. COS. DES.

A.V.C. 957.  
Christi 204.

COSS. L. Flau. Gilo Septimianus. M. Annus Libo.

Ludi Saculares VIII. ex S. C. facti.

- Ar.* P. SEPTIMIUS GETA CAES.  
SAECVLARIA SACRA. Figura stans in Templo coram Ara sacrificans, cum duabus alijs assistentibus, & duabus alijs antè, & retrò cum Musicis instrumentis.
- Ar.* .....  
\* Plurimæ Figuræ sacrificantes coram Templo, in imo Figura Fluuij decumbentis. *Vaill. tom. 1. f. 124.*  
\* Duæ Figuræ, quarum vna Paludata, alia Togata sacrificantes coram Templo, tertja intermedia. *Idem f. 125.*

GETA

GETA CAESAR PONT. COS.

COSS. *M. Aurel. Antonin. Aug. II. P. Sept. Geta Caf.*

*A.V.C. 958.  
Christi 205.*

*Agon Capitolinus XXXI. celebratus.*

- Ar.* GETA CAES. PONT. COS.  
PRINC. IVVENT. COS. Tres Figuræ Equestres decurrentes.  
COS. Geta Quadriugo vehitur Curru.  
*Ad Processum Geta Consulis, non ad Triumphum referenda Quadriga, ut monuit Eruditissimus, & Reuerendissimus Noris & c. & Nummus suadet.*
- Ar.* P. SEPTIMIUS GETA CAES. in alio CAESAR.  
COS. Quadriga Consulis Procedentis.  
PONTIF. COS. Pallas dextra Clypeum ad pedes, sinistra Hastam.  
GETA CAES. PONT. COS.  
FELICITAS AVGG. Figura Stolata, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiæ.  
PONTIF. COS. Pallas dextra Clypeum ad pedes, sinistra Hastam.  
VOTA PVBLICA. ¶ Figura nuda sacrificans.  
\* ¶ Figura Sacerdotis ad Aram sacrificantis. *M. N.*
- P. SEPTIMIUS GETA CAES.  
\* MINERVA PACIFERA COS. Pallas Galeata gradiens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam.  
*Musæi Dania.*
- Ar.* P. SEPTIMIUS GETA CAESAR.  
PONTIFEX COS. S. C. Æsculapius nudus dextra tenens Scipionem Serpente implexo, & duo utrinque Serpentes in Edificio quodam.  
PRINC. IVVENT. COS. DES. II.  
GETA CAES. PONT. COS. in alijs PONTIF.  
\* FELICITAS SAECVLI S. C. Tres Figuræ sedentes in substructione, Seueri, Caracallæ, & Getæ, Congiarium distribuentes duabus alijs Figuris scalas ascendentibus. *M. N.*  
\* PRINC. IVVENT. COS. S. C. Tres Figuræ Equestres decurrentes. *Tristan. Tom. 2. f. 268.*  
\* MINERVA S. C. Minerva Galeata, dextra Scutum, læua Hastam. *Ind. Canotorta.*
- P. SEPTIMIUS GETA CAES.  
PRINC. IVVENT. COS. S. C. } Tres Figuræ Equestres decurrentes, vna antè, duo post. *Theop. Theopol.*  
\* } Quinque Figuræ Equestres decurrentes Troiam ludunt. *Par. Suet. f. 29.*
- L. SEPTIMIUS GETA CAESAR.  
\* PRINC. IVVENT. COS. S. C. Tres Figuræ Equestres decurrentes. *Musæi Leopardi.*  
GETA CAESAR PONTIF. COS.  
\* AVGVSTI COS. S. C. Duæ Figuræ sedentes in substructione, ad cuius pedes duo Pueruli stantes, fortè Seuerus, & Julia sedentes, Caracalla, & Geta stantes. *Ind. Polatio.*  
\* SAECVLARIA SACRA S. C. . . . . Reuerendissimus Noris *Canotaph. Pisan. f. 170.*

\* ¶ Hercules in Templo. *Patin. Ind. f. 20.*  
PONTIFEX COS. S. C. | Hercules cum Claua, & spolijs Leonis, Bacchus cum Tyrso, & Panthera  
\* ¶ stantes in aditu Templi. *Vaill. tom. 1. f. 125.*

GETA PONT. COS. II. TR. P.

COSS. *M. Aurel. Antoninus Aug. III. P. Sept. Geta Cesar II.*

*A.V.C. 961.  
Christi 208.*

*TR.P. Non. Martij à Patre accipit, & cum eo in Britanniam proficiscitur, & AVGVSTVS dicitur.*

- Ar.* P. SEPTIMIUS GETA PIVS AVG.  
PONTIF. TR. P. COS. II.  
P. SEPTIMIUS GETA CAES.  
PONTIF. COS. II. ¶ Figura sinistra Spicas, dextra Pateram super Aram.  
¶ Figura Stolata stans, dextra Pateram, alijs Globum, sinistra Scipionem.
- .....  
PONTIF. COS. II. \* ¶ Seuerus sedens in medio Caracallæ, & Getæ. *Vaill. Tom. 2. f. 123.*  
\* ¶ Quadrigæ Consulares aurigante Geta. *idem.*  
\* ¶ Ump. Eques prosterbens Captiuum. *ibidem.*  
\* PONT. TR. P. COS. Pallas stans dextra Scuto nixa, sinistra Hastam. *P. Minij.*  
\* ROMAE AETERNAE. Roma Galeata sedens in aditu Templi, sex Columnis, & plurimis Statuis exornati. *Vaill. tom. 2. f. 123.*
- Ar.* P. SEPTIMIUS GETA CAES.  
\* ¶ Figura insidens Scuto, supra quod Noctua, dextra Pateram porrigit Serpenti Arbori implicito. *M. N.*  
PONTIF. COS. II. } Figura Galeata sedens, dextra Noctuam, sinistram Scuto imponens. *Angellon. f. 263.*  
S. C. } \* Mulier stans cum duobus Puerulis. *Patin. f. 20.*  
\* ¶ Figura muliebris stans, dextra Virgam, sinistra Vestem eleuans, ad pedes duo Pueri. *Ind. Polatio.*
- \* PONT. TR. P. COS. II. S. C. Figura Galeata sedens, dextra Pateram porrigit Serpenti Arbori implicito, sinistra Hastam per tranuersum, ponè Scutum. *Angell. f. 263.*
- \* PONTIFEX COS. II. S. C. Figura Palladis Galeata sedens, dextra Serpentem pascit Oleæ arbori inuolutum, sinistra Hastam gerit, pro pedibus Sphinx, & Clypeus, cui Noctua insistit. *Vaillant. Tom. 2. f. 125.*

Gegg PRO.

- \* PROVIDENTIA DEORVM S. C. Providentiæ Typus, *Num. Arscot. tab. 54. n. 5.*
- \* SECVRITAS IMPERII S. C. Figura muliebris sedens, dextram capiti admouens, sinistra Hastam transtuerfam, pro pedibus Ara ignita, *Vaill. Tom. 1. f. 125.*

## GETA TR. P. I. II. COS. II.

A.V.C. 962.  
Christi 209.

COSS. *M. Aurel. Cl. Pompeianus. . . . Lollianus Auitus.*

*Calidonij, & plures Barbari in Britannia victi.*

## Ar. P. SEPTIMIUS GETA CAES.

PONTIF. TR. P. II. COS. II. } Figura nuda, dextra Pateram coram Ara, sinistra Spicas.  
 } Figura Equestris Captiuum supplantans.  
 } Tres Figuræ sacrificantes.

IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG.

\* PONTIF. TR. P. II. COS. II. Figura stans, dextra Cornucopiæ, sinistra Clypeum Hastarum, *M. N.*

## Ar. P. SEPTIMIUS GETA CAES.

PONTIF. TR. P. II. COS. II. S. C. Quinque Figuræ ad Aram sacrificantes.

P. SEPTIMIUS GETA AVG.

PONT. TR. P. II. COS. II. S. C. Quatuor Figuræ stantes, quarum duæ Laureas imponunt singulis capitibus aliarum duarum.

\* PONTIF. TR. P. II. COS. II. S. C. Imp. stans cum Signo Militari, post quem duo Milites stantes cum Signo, *Ind. Polario.*

\* VIRTVS AVGVSTOR. S. C. Figura Galeata sedens, dextra Victoriolam, *M. N.*

IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG.

\* Tres Figuræ sacrificantes.

\* Figura Militaris dextra Trophæum coronat, sinistra Scutum, *M. N.*

PONTIF. TR. P. II. COS. II. S. C. } Figura muliebris stans, dextra Hastam, sinistra Clypeum, ad pedes duo  
 } Pueruli nudi, *M. N.*

\* Ara, ex qua exsurgit Serpens, hinc Victoria dextra Vrceolum, sinistra Pateram cum frugibus, illinc Pallas Galeata stans dextram Serpenti admouens, ponit Scutum, & Arbor, *Angellon. f. 263.*

IMP. CAES. P. SEPT. GETA AVG.

\* VICT. D. D. N. N. ANTIOCH. S. C. Victoria gradens, ambabus manibus Trophæum gestans, *Angellon. f. 261.*

## GETA TR. P. II. III. COS. II.

A.V.C. 963.  
Christi 210.

COSS. *Man. Acilius Faustinus. T. Arius Triarius Rufinus?*

*Seuerus ducto muro à Mare ad Mare Britanniam diuidit. Barbaras vincit, hinc BRITANNICVS cum Filijs dicitur.*

## Ar. IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG.

VICTORIAE BRIT. Victoria gradens, dextra Lauream, sinistra Palmam.

## Ar. IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG.

VICTORIAE BRIT. Victoria gradens, dextra Lauream, sinistra Palmam.

P. SEPT. GETA PIVS AVG. BRIT.

PONTIF. TR. P. II. } Figura Stolata stans, dextra Cornucopiæ, sinistra Hastam.

COS. II. } Figura Stolata stans, dextra Cornucopiæ, sinistra Caduceum.

} Figura nuda coram Ara, dextra Pateram, sinistra Spicas.

} Figura armata stans coram Trophæo.

\* LIBERALITAS AVGG. IIII. Figura Stolata stans, dextra Tesseram, sinistra Cornucopiæ, ad pedes Globus, *Ex Thef. Theopol. I. C. Bon.*

## Ar. IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG. in alio deest P.

\* PONTIF. TR. P. II. COS. II. S. C. Quatuor Figuræ Militares, quarum duæ mediæ dextras iungunt, altera sinistra Hastam tenente, duæ Victoriæ à tergo duabus Figuris medijs Laureas imponunt, *Ex Thef. Mediceo Reuerendissimus Noris.*

\* PONTIF. MAX. TR. P. II. COS. II. S. C. Geta, & Caracalla iungentes dextras, sinistris Hastas tenentes, Geta Lauream imponit Victoria, dextra Palmam tenens, Caracallam verò coronat Hercules, sinistra Clauam cum Leonis exuijs tenens, *Tristan. Tom. 2. f. 269.*

\* VICTORIAE BRITANNICAE S. C. Duæ Victoriæ Clypeum Palmæ arbori appensum sustinentes, *Vaill. Tom. 1. f. 126.*

\* PONTIF. TR. P. III. COS. II. S. C. Caracalla, & Geta Paludati stantes, dextris elatis, sinistris Sceptra, antè hos duæ Figuræ Militares, quarum vna Signum Legionarium, alia Hastam tenet, ponit hos Figuræ seminuda humi decumbens, *Angellon. f. 263.*

.....

\* Duæ Figuræ velatæ sacrificantes Vesta intermedia, *Vaillant. Tom. 1. f. 126.*

\* Duæ Figuræ Paludatæ, sinistra Hastam dextras iungunt, à Victoria aditante vtraque coronatur, *ibidem.*

PONTIF. MAX. TR. P. II.

COS. II. S. C.

\* Geta stans assistentibus quatuor Figuris Militaribus, pro pedibus Getæ Captiuus humi procumbens, *ibidem.*

\* Geta stans in suggestu cum duabus Figuris Militaribus alloquitur Cohortes, *ibidem.*

*Mirum est viuente adhuc Seuero, anno scilicet TR. P. XVIII. eiusdem Getam PONT. MAXIMUM Nummis inscribi, cum nullibi constet Pontificatum Maximum à Seuero Filijs com-*

munificatum, imò, nec post Seueri mortem diuisum inter Fratres, Nummorum fides incorrupta producentium *Tristani*, & *Vallanti* eruditio falsos suspicari non sinit *Enigma Oedipo indigens*, quod vel eruditioni *Lectoris* relinquemus, vel nostris in *Fastis* pro viribus, Deo dante, soluere conabimur.

- \* VICT. BRIT. P. M. TR. P. II. COS. II. S. C. Victoria alata, dextram Trophæo imponens, cui Figura Militaris alligata est, in imo Captiuus procumbens. *Vaill. Tom. 1. f. 125.*

GETA TR. P. III. IV. COS. II. IMP. P. P.

COSS. Q. *Elpidius Lollianus Gentianus*. *Pomponius Bassus*.

A.V.C. 964.  
Christi 211.

*Morsus Seueri Patre A. D. Non. Februarij Geta cum Fratre Caracalla Imperat. Pacem cum Barbaris faciunt; Romamque Patris cineres referunt, & Congiaria P. R. donant.*

IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG. BRIT.

VICTORIAE BRIT. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam.

- \* LIB. AVGG. VI. ET V. Duo Imp. sedentes in suggestu, in imo Figura ad gradus substructionis, *Vaill. tom. 2. f. 122.*

\* VOTA PVBLICA. Duæ Figuræ togatæ sacrificantes, tertia intermedia. *ibidem f. 123.*

P. SEPT. GETA PIVS AVG. BRIT.

FIDES EXERC. TR. P. III. COS. II. Figura Militaris stans vtraque manu Signum Militare.

FORT. RED. TR. P. III. COS. II. P. P. ) \* Figura muliebris humi sedens, dextro cubitu Rotæ incumbens, sinistra Cornucopiæ. *Patin. Thesaur.*

Fortuna humi sedens, dextro brachio Rotæ incumbens, sinistra Caduceum.

LIBERALITAS AVGG. Figura Stolata stans, dextra Congium, sinistra Cornucopiæ cum Globo ad pedes.

LIBERALITAS AVG. V. Vt superiori Typo.

- \* TR. P. III. COS. P. P. ) Figura stans, dextra Facem, sinistra Globum. *Num. Fasc.*

Figura muliebris, dextra Cornucopiæ, sinistra Caduceum.

Victoria gradiens cum Trophæo.

VICTORIAE BRIT. ) Victoria stans, dextra Ramum, sinistra Hastam.

Victoria stans, dextra Lauream, sinistra Palmam.

VOTA PVBLICA. Figura sacrificans.

P. SEPTIMIVS GETA PIVS AVG. BRIT. Caput Getæ Barbatum.

FORT. RED. TR. P. III. COS. II. P. P. Figura sedens, sinistra Cornucopiæ, dextra Rotæ nixa.

PONTIF. TR. P. III. COS. II. Figura Stolata stans, dextra Cornucopiæ, sinistra Caduceum.

TR. P. III. COS. II. P. P. ) Figura Stolata stans, dextra Scipionem, sinistra Globum.

Lianus Bistons.

*Hic Nummus signatus ad indicandum quod una duo Fratres Imperium administrarent; Ianus enim faciendis foederibus praerat, nam postquam Romulus, & Tacitus in foedera conueniunt, Iano simulachrum duplicis frontis effectum est, quasi ad imaginem duorum populorum.*

IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG. BRIT.

VICTORIAE BRIT. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam.

- \* VOTA PVBLICA. Figura muliebris velato capite, dextras Caracallæ, & Getæ iungit super Aram accensam. *Tristan. tom. 2. f. 267. ubi Nummus illustratur.*

P. SEPT. GETA PIVS AVG. BRIT.

AEQVITATI PVBLICAE S. C. Acquitatis stantis Typus.

FORT. RED. TR. P. III. COS. II. P. P. S. C. Fortuna humi sedens, dextro brachio incumbens Rotæ, sinistra Cornucopiæ.

- \* PONTIF. TR. P. III. COS. II. S. C. Duæ Figuræ ad Aram, dextras iungentes, Vesta intermedia, sub Ara duæ Victimæ. *Ex Angellon. f. 262. rest.*

TR. P. III. COS. II. P. P. S. C. Figura, dextra Hastam,

VOTA PVBLICA S. C. Figura sacrificans ad Aram.

P. SEPTIMIVS GETA PIVS AVG. BRIT.

- \* CONCORDIAE AVGG. S. C. Geta, & Caracalla dextris implicitis, sinistris Hastas, huic Hercules à tergo Lauream imponit, illi Figura muliebris nuda, dextra Bacillum, sinistra Lauream imponit. *Tristan. tom. 2. f. 263.*

P. SEPTIMIVS GETA PIVS AVG. BRIT.

- \* DII PATRII S. C. Hercules nudus, dextra Clavam, sinistra Leonis exuvias, & Iuno, dextra Pateram, sinistra Hastam, ad pedes Pauo. *ibidem f. 270.*

FORT. RED. TR. P. III. COS. II. P. P. S. C. Fortuna sedens, dextra Temonem, sinistra Cornucopiæ.

- \* PONTIF. TR. P. III. ) Figura sedens, dextra Hastam, læua Cornucopiæ, ad talos ab vtraque parte Pueri. *Ind. Cauotorta.*

COS. II. S. C. ) Figura stans, cum duobus Puerulis ad pedes.

\* Fortuna sedens, dextra Temonem super Globum tenens, sinistra Cornucopiæ cum Rotæ sedi affixa. *ex Thes. Med. Reuerendiss. Noris.*

- \* PONTIF. TR. P. III. COS. II. P. P. S. C. Eodem prorsus Typo. *ex eodem Thesaur. ibidem.*

Figura sedens, dextra Hastam, sinistra Cornucopiæ.

TR. P. III. COS. II. P. P. S. C. ) Figura sedens, dextra Hastam, sinistra Cornucopiæ, cum parua Figura ad pedes. *Ind. Polatio.*

\* Figura sedens, dextra elata cum Bacillo, sinistra Cornucopiæ, ad pedes Puerulus, sub sede Fluuij decumbentis Typus. *M. N.*

- \* VICT. AETERNAE AVGG. S. C. Victoria alata stans in medio Caracallæ, & Getæ, quorum dextras iungit. *Tristan. Tom. 2. f. 271.*

\* VICT. BRIT. TR. P. III. COS. II. P. P. S. C. Victoria spolijs insidens, Clypeum genibus sustentans. *Ex Ind. Polatio.*

VIC.

- \* VICTORIAE BRITANNICAE S. C. <sup>¶</sup> Victoria inscribens Clypeo Palmæ imposito. *M. N.*  
 \* LIBERALITAS AVGG. VI. ET V. S. C. Figura velata antè Templum, ad cuius pedes fedet Captivus, ponè Victoria inscribens Trophæo. *Ind. Polatio.*  
 \* LIBERALITAS AVGG. VI. ET V. S. C. Caracalla, & Geta sedentes in substructione, tertia Figura stante, dextra Tesseram frumentariam, sinistra Cornucopiæ tenente, quarta per gradus ascendit. *ex Thef. Aded. Reuerendissimus Noris, qui hoc Nummo colligisse eruditissime V. I. Caracalla Liber. il. cum V. Geta coincidisse, hancq; hoc anno reuersis Romam Imp. distribuitas.*  
 IMP. CAES. P. SEP. GETA PIVS AVG.  
 VICTORIAE BRITANNICAE S. C. Duæ Victoriæ Clypeum Palmæ arbori appensum sustinentes. *Vaill. Tom. 1. f. 125.*  
 P. SEPTIMIUS GETA PIVS BRIT.  
 \* VOTA PVBLICA S. C. Figura ad Aram sacrificans. *Thef. Theopol.*  
 \* ADVENTVS AVGVSTI S. C. Figura Equestris dextra elata, sinistra Sceptum. *Num. Arscot. tab. 54. n. 8.*  
 \* CONCORDIA AVGVSTORVM S. C. Duæ Figuræ velatæ sacrificantes super Aram ignitam. *Vaill. tom. 1. f. 123.*  
 \* IOVI SOSPITATORI S. C. Iupiter nudus, dextra Fulmen, sinistra Hastam, in Templo duarum Columnarum. *Vaill. tom. 1. f. 123.*  
 \* LIBERALITAS AVGG. V. ET VI. S. C. Caracalla, & Geta sedentes in substructione adstat Liberalitas, in imo alia Figura Togata. *Vaill. Tom. 1. f. 123.*  
 \* VICTORIAE AVGG. S. C. Victoria in Bigis. *Vaill. Tom. 1. f. 125.*  
 \* Geta in suggestu cum Præfecto Prætorij, & alia Figura hinc, & inde stantibus alloquitur tres Milites infra stantes, quorum duo Aquilas Legionarias, & Scuta tenent, alius Hastam, & Scutum. *Num. Arscot. tab. 58. n. 7.*  
 SEPTIMIUS GETA PIVS AVGG. BRIT.  
 \* LIBERALITAS AVGG. V. ET VI. S. C. Duo Imperatores in substructione Congiarium distribui iubent à Dea Liberalitate stante, dextra Tesseram Figuræ per scalam ascendenti portectura. *Musæi Bonfilioli.*

GETA TR. P. III. COS. II. DES. III. IMP.

COSS. M. Pomponius Asper. . . . . Aper.

A. V. C. 965.  
Christi 212.

Geta A. D. V. Kal. Martij ab Antonino Fratre in sinu Matris occiditur, &amp; ab eodem Consecratur.

- Ar. P. SEPT. GETA PIVS AVGG. BRIT.  
 \* LIBERALITAS AVGG. VI. Figura muliebris stans, dextra Tesseram, sinistra Cornucopiæ. *Vaill. Ant. Tom. 3. f. 122.*  
 PONTIF. TR. P. III. COS. II. DES. III. P. P.  
 DIVO GETAE PIO.  
 A. P. SEPT. GETA PIVS AVGG. BRIT.  
 PONTIF. TR. P. III. COS. II. DES. III. P. P. S. C. Duæ Figuræ iungentes dextras, Victoria media.  
 SEPTIMIUS GETA PIVS AVGG. BRIT.  
 \* TR. P. III. COS. II. P. P. S. C. Elephas. *Musæi Bonfilioli.*

NVMMI GETÆ IN COLONIIS CVSI.

Corinthus.

- \* C. L. I. COR. <sup>¶</sup> Biga Victoriata. *Patin. Ind. f. 21.*  
 ¶ Diana Venatrix, dextra Sagittam, sinistra Arcum, ad pedes Cæruus. *ibidem.*

Colonia Heluia.

- GETA CAESAR.  
 \* COL. HELV. . . . Caput muliebre Turratum, & Velatum, à tergo ramus Oleæ, & Cornucopiæ. *Triphan. Tom. 2. f. 261.*  
 \* COL. HEL. Caput Velatum, & Turratum. *Ind. Polatio.*  
 \* COL. HEL. Duæ Aquilæ Legionariæ erectæ in Lauræa. *Patin. Ind. f. 21.*

Incerta.

- GETA CAESAR.  
 \* COL. . . . A . . . R. Pallas in Templo. *Ind. Polatio.*

Laodicea.

- \* ΛΑΟΔΙCΕΟΝ. Caput Turratum Cippo impositum in Templo duarum Columnarum. *Patin. Ind. f. 21.*

Prolemais.

- \* COL. PTOL. Colonusagens Boues, inter quos quatuor Trophæa. *Patin. Ind. fol. 21.*

Sinope.

- \* COL. I. FL. SINOPE. *Spanhem. f. 769.*  
 \* C. I. F. SINOPE. Pisces. *Patin. Ind. f. 21.*

Sca-

Stabias.

*Locus Campania in imo sinu, qui inter Neapolim, & Surrentum conspicitur, hodie vocari Monte della Torre scribit ex Andrea Baccio Eruditissimus Patinus sequentem Nummum illustrans.*

\* STA. BOV. Vacca gradiens, *Patin. Ind. f. 12.*

Stobe.

\* MVNICI. STOBEN. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Patin. Ind. f. 21.*

Troas.

IMP. C. PO. SE. GETAS.

\* COL. AVG. TRO, Tripus, *Num. Fesch.*

72



M. OPEL. AVRELIVS SEV. MACRINVS.

M. Opelius Seu. Macrinus natione Maurus, obscuro genere natus, virtutum quandoque simulatione obscurabat ignobilitatem generis; neque enim æquum, bonumque tam diligenter didicerat, quam tractabat fideliter. Prætorio Præfectus, Magistratum optime, atque iustissime administravit. Quarto post interfectum Antoninum die à Militibus Imp. creatur. Imperium assecutus, nunc Seuerum, nunc Antoninum se vocavit, Militibus promittens se liberaturum eos bello, quo maxime defatigabantur. Magistratus indignis hominibus dedit, ratus hoc modo contegere ignobilitatem generis. Ad Parthicum bellum profectus, cum Artabano foedus iniit; Pacem ingenti pecunia, nimirum ad bis millies HS ab eo mercatus, postea Milites tumultuari cœperunt, quod non daret eis innumerabilia, quæ Antoninus dederat. Interea factionibus Soemiadis F. Moesæ, Nepos Lupus Antoninus dictus, Imp. designatur, cuius ætatem, ac mores Macrinus ad Senatam per literas notat, & Diadumenianum F. Antonino multo Iuniorum Imp. designat, sed Legiones ad Antoninum deficiunt, qui magna celeritate cum Macrino configit in Vico Antiochenorum, eumque in fugam vertit, qui misso ad Artabanum Filio, Antiochiam venit, mox Ægas Ciliciæ, tandem Calchedonem nauigavit, vbi à Militibus Antonini cum Filio comprehensus occisus est, abscissumque vtriusque caput ad Antoninum perlatum; cum anno, & amplius imperasset, homo fastuosus, arrogans, & sanguinarius, quem serui ipsius Marcellinum à macrando appellabant, eo quod macelli specie domus sua cruentaretur.

M. OPELIVS SEVERVS MACRINVS *Consularis occiso Caracalla post quatuor dierum interregnum*  
A. D. IIII. Id. Aprilis P. M. TR. P. P. P. IMP. dicitur, & COS. II. Kal. Maij.

COSS. Kal. Ian. Brutius Præfens. . . . Extricatus.  
Kal. Maij. Macrinus Aug. II. Diadumenianus Cæs.

A. V. C. 970.  
Christi 217.

*Diadumenianum Filium Cæsarem appellat.*

*Aur.* IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG.

IOVI CONSERVATORI. Figura nuda, dextra Fulmen, sinistra Hastam, ad pedes Icuncula.

MATRI DEVM, Figura stans, dextra Globum, sinistra Bacillo innixa Columnæ, ad pedes Leo.

VOTA PVBLICA P. M. TR. P. Figura sedens coram Ara accensa, sinistra Sellæ nixa caput fulciens.

\* IOVI CONSERVATORI. Iupiter nudus dextra Fulmen. *Vaill. Tom. 2. f. 125.*

\* SALVS PVBLICA. Figura muliebris stans pascens Serpentem. *ibidem.*

*Ar.* IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG.

AEQVITAS AVG. (Figura muliebris stans, dextra Pateram, sinistra Cornucopiæ.

l Figura stans, dextra Bilancem, sinistra Cornucopiæ.

ANNONA AVG. Annonæ sedentis Typus.

FELICITAS TEMPORVM. Figura Stolata stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiæ.

FIDES MILITVM. (Figura stans cum quatuor Signis Militaribus.

l Figura stans inter duo Signa Militaria.

l Iupiter nudus, dextra Fulmen, sinistra Hastam, ad pedes Icuncula.

IOVI CONSERVATORI, l Iupiter stans, sinistra Fulmen tenens, quo protegit Imperatorem Lau-

l reatum stantem, ramum Lauri dextra tenentem.

PONTIF. MAX. TR. P. COS. P. P. (Figura stans vtraque manu tenens signa Militaria.

l Figura stans, dextra Hastam, sinistra Columnæ nixa.

PONTIF. MAX. TR. P. (Figura stans, dextra Spicas super Modium, sinistra Cornucopiæ.

l Figura stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiæ.

COS. P. P.

l Figura sedens, dextra Spicas super Panarium, sinistra Cornucopiæ.

l Iupiter stans, dextra Fulmen, sinistra Hastam.

Hhhh

P. M.

- P. M. TR. P. COS. II. P. P. (Figura Militaris stans, dextra Hastam, sinistra Victoriolam.  
 [Figura sedens, dextra Calamum, sinistra Clypeum.
- PROVIDENTIA DEORVM, Providentiæ Typus.
- SALVS PVBLICA. (Dea Salus sedens, dextra Pateram cum Serpente.  
 \* (Figura sedens ad Aram cum Serpente, *Thef. Theopol.*
- SECVRITAS TEMPORVM, Figura muliebris *in alys* sedens, *in alys* stans, dextra Hastam, sinistra nixa Columnæ,  
 \* (Figura sedens, dextra Pateram porrigens Serpenti ex Ara profiliens, sinistra Hastam. *P. Miny.*  
 \* ) Iupiter stans, sinistra Hastam, dextra Fulmen, quo protegit Figuram parvam, *Thef. Theopol.*
- \* LIBERALITAS AVG. Figura muliebris stans, dextra Tesseram frumentariam, læva Cornucopiæ.  
*Vaill. Tom. 2. f. 125.*
- \* P. M. TR. P. COS. P. P. Figura stans, dextra Spicas super Congium protendens, sinistra Cornucopiæ. *P. Miny.*
- \* VICTORIA PARTHICA. Figura gradens, dextra Coronam, sinistra Lauream. *Vaill. Tom. 2. f. 125.*  
*Herodianus sub finem lib. 5. fusi narrat, Bellum à Macrino contra Artabanum Parthorum Regem gestum, praliumque triduanum, Pacem demique, & Fœdus inter ipsos initum, quibus Macrinus Imperium suspicatus est, & Nummus illustratus.*
- E.* IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG.  
 \* AEQVITAS AVG. S. C. Æquitatis stantis Typus. *Angellon. f. 267.*  
 \* ANNONA AVG. S. C. Figura sedens, dextra Spicas, sinistra Cornucopiæ, ad pedes Vas cum Spicis. *Angellon. f. 267.*  
 \* FELICITAS TEMPORVM S. C. Figura stans, dextra Caduceum oblongum, sinistra Cornucopiæ, *ibidem.*  
 IOVI CONSERVATORI S. C. Iupiter nudus, dextra Fulmen, sinistra Hastam, ad pedes Icuncula.  
 LIBERALITAS AVGVSTI S. C. Imp. sedens Congiarium distribuens.  
 [Figura Stolata stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiæ,  
 [Figura stans, vtraque manu tenens Signum Militare,  
 [Figura stans, dextra Hastam, sinistra nixa Columnæ.
- PONTIF. MAX. TR. P. ) Figura stans, dextra Spicas super Aram, sinistra Cornucopiæ,  
 COS. P. P. S. C. ) Figura sedens, dextra Spicas super Panarium, sinistra Cornucopiæ.  
 [Iupiter stans, dextra Fulmen, sinistra Hastam.  
 [Figura sedens, sinistra Pateram admouens Serpenti, dextram verò super  
 L cum inclinans.
- PROVIDENTIA DEORVM S. C. Providentiæ stantis Typus.
- ROMAE FEL. Lupa cum Romulo, & Remo lactentibus.  
 \* (Figura sedens, sinistra Pateram admouens Serpenti, dextram verò super eundem inclinans. *Angellon.*
- SALVS PVBLICA )  
 S. C. \* ) Figura sedens antè Aram, ex qua erumpit Serpens, dextra Pateram, sinistra  
 L Hastam. *Ind. Polatio.*
- \* SALVS PVBL. P. M. TR. P. S. C. Salus sedens. *Ind. Polatio.*
- \* SECVRITAS TEMPORVM S. C. Figura stans, dextra Hastam, sinistra Columnæ nixa. *Angell. f. 267.*
- \* VOTA PVBL. TR. P. S. C. Securitatis sedentis Typus cum Ara ad pedes. *Scheda Pedrusiana.*
- \* VOTA PVBLI. P. M. TR. P. S. C. Figura Turrata sedens autè Aram, ex qua erumpit Serpens, dextra Pateram, sinistra Hastam. *Ind. Pellegrini Alesani.*
- \* VIC. PART. . . . COS. II. P. P. S. C. Victoria sedens Scutum sinistro genu sustinens.  
*Musei Bonfilioli.*
- IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG.  
 \* PROVIDENTIA DEORVM S. C. Providentiæ Typus. *D. Magnauacca.*  
 \* SALVS PVBLICA S. C. Figura sedens, sinistra Pateram, dextra Serpentem tangit. *Ex Thesaurò Mediceo Reuerendissimus Noris.*
- IMP. C. M. OP. SEV. MACRINVS AVG.  
 \* ROMAE FEL. Lupa cum Romulo, & Remo lactentibus. *D. Magnauacca.*
- \* LIBERALITAS AVG. S. C. Figura muliebris, dextra Tesseram, sinistra Cornucopiæ. *Vaillant. Tom. 1. f. 128.*
- \* PONTIF. MAX. TR. P. I. S. C. Currus Triumphalis. *Patin. Ind. f. 21.*
- \* VICTORIA PARTH. COS. II. P. P. S. C. Victoria insidens spolijs, dextra Clypeum sustentans.  
*Vaill. Tom. 1. f. 128.*
- \* VOTA PVBLICA S. C. Iupiter nudus, dextra Fulmen, sinistra Hastam, pro pedibus Icuncula.  
*Vaill. ibidem.*
- IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG.  
 \* FIDES MILITVM S. C. Figura muliebris ambabus manibus Signum Militare tenens. *M. N.*  
 LIBERALITAS AVGVSTI S. C. Imp. distribuens Congiarium.  
 SECVRITAS AVGVSTI S. C. Figura sedens, dextra Hastam puram, sinistram imponens Clypeo.

MACRINVS TR. P. I. II. COS. II. IMP.

COSS. Diadumenianus Caf. II. . . . . Aduentus.

AV. C. 977.  
Christi 218.

'Macrinus Filium Diadumenianum Aug. dicit, postea A. D. VII. Id. Iunias ab Elagabalo victus cum Filio occiditur.

*Ant.* IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG.  
 P. M. TR. P. II. COS. P. P. Imp. Laureatus sedens, dextra Globum, sinistra Sceptrum.  
 PONTIF. MAX. TR. P. II. COS. P. P. Imp. stans, dextra Fulmen, sinistra Hastam. . . .



- \* VICT. PARTH. P. M. TR. P. II. COS. II. P. P. Victoria sedens, præ manibus Clypeum, *Vaill. tom. 2. f. 125.*
- Ar. IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG. ANNONA AVG. Figura sedens, dextra Papaueta coram vase Papaueribus repleto, sinistra Cornucopiæ.
- CONCORDIA EXERCITVVM, Dux dextræ iunctæ.
  - \* Figura muliebris Signum Militare tenens singulis manibus. *Musei Davia.*
- PONTIF. MAX. TR. P. II. COS. II. P. P.
  - } Iupiter dextra Fulmen, sinistra Hastam.
  - } Figura Stolata stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiæ.
Christi 247.*

*Urbs condita Milliarum Ludis celebratum, in quibus AVG. dicitur PHILIPPVS CAESAR.*

*Ar.* IMP. PHILIPPVS AVGG.

FIDES EXERCITVS. Quatuor Signa Militaria.

ROMAE AETERNAE. Roma Clypeo infidens, dextra Victoriolam.

SALVS AETERNA.

\* VIRTVS AVGG. Duo Equites Galeati decurrentes. *Ex Oysel. tab. 65. n. 5.*

IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVGG.

AETERNIT. IMP. Figura sedens, dextra elata, sinistra flagrum.

AETERNIT. IMPER. Eodem Typo.

\* AETERNITAS IMP. Figura Radiata Solis, dextram eleuans, sinistra habens flagrum. *Ex P.*

*Minio I. C. Bon.*

FORTVNA REDVX. Figura sedens, dextra Temonem.

PAX AETERNA, Pacis stantis Typus.

TRANQVILLITAS AVGG. Figura stans, sinistra Hastam tenens.

VIRTVS AVGG. Mars gradus, dextra Hastam, sinistra spolia.

\* AETERNITATI IMPP. In Laurea, *Num. Arscot. tab. 51. n. 24.*

*Ar.* IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVGG.

\* FIDES EXERCITVS S. C. Quatuor Signa Militaria diuersa erecta. *Hulsius.*

PAX AETERNA S. C. Pacis stantis Typus.

PRINCIPI IVVENT. S. C. Figura Militaris, dextra Pilum, sinistra Globum.

VIRTVS AVGG. S. C. Mars gradus, dextra Hastam, sinistra spolia.

IMP. PHILIPPVS AVGG.

PAX AETERNA S. C. Pax stans, dextra Ramum, sinistra Hastam puram.

VOTIS DECENNALIBVS S. C. In Corona Quercæ;

M. IVL. PHILIPPVS AVGG.

\* PRINCIPI IVVENT. S. C. Figura Paludata, dextra Hastam per transversum, sinistra Globum. *M. N.*

\* PRINCIPI IVVENTVTIS S. C. Figura Militaris gradiens, dextra Iaculum, sinistra Globum.

*Ind. Pellegrini Ascany.*

\* PROVINCIA DACIA AN. I. Figura muliebris stans, dextra Labarum, cum Leone, & Aquila hinc inde ad pedes, *Ind. Poitard.*

PHILIPPVS IVNIOR AVGG. TR. P. III. IV. COS. II.

*COSS. Philippus Aug. III. Philippus Aug. F. II.*

*Ludi Saculares IX. et S. C. facti, Victoria Carpica.*

*AV.C. 1061,  
Christi 243.*

*Ar.* IMP. PHILIPPVS AVGG.

SAEVLARES AVGG. In Cippo COS. II.

*Ar.* IMP. PHILIPPVS AVGG.

LIBERALITAS AVGG. III. Duæ Figuræ sedentes, altera porrigens Pateram, altera Bacillu tenens, SAEVLARES AVGG. III. Cerua, att. Alce.

\* VICTORIA AVGG. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Vaill. tom. 2. f. 152.*

IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVGG.

\* P. M. TR. P. III. COS. P. P. Figura muliebris stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiae.

*Musai Davia. Ex hoc Nummo Philippum Iun. Pontificem Maximum fuisse, & eius Casarem dignitate TR. P. etiam a Patre accepisse cognoscimus.*

PRO-



PROVINCIA DACIA AN. II. Figura sedens, ad cuius pedes Aquila, & Leo.

SAEVLARES AVGG. COS. II. Alce vt superior.

\* SAECVLVM NOVVM. Templum sex Columnarum, in cuius medio Deus sedet, dextra Globum, sinistra Hastam. *Tristan. tom. 2. f. 570.*

IMP. PHILIPPVS AVG.

SAEVLARES AVGG. S. C.

{ Cerua, aut Alce, infra III.  
\* Cippus, in quo COS. II. *Thes. Theopol.*

IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG.

LIBERALITAS AVGG. III. S. C.

{ Duæ Figuræ sedentes, altera Pateram portigans, altera Scipionem tenens,  
\* Duæ Figuræ sedentes, dextras portigentes.

\* PACE FVNDATA S. C. Figura stans, dextra Pateram, sinistra Hastam. *Num. Fasch.*

\* SAEVLARES AVGG. S. C. { Capra Africana, *M. N.*

\* COS. II. In Cippo, *Num. Fasch.*

\* MILLIARIVM SAECVLVM S. C. Philippus Iunior Togatus, dextra virgam tenens, qua aditum Templi demonstrat, inter Imp., & Templum Columna, in qua COS. II. *Oysel. tab. 101. n. 1.*

\* SAEVLARES AVGG. S. C. { Hippopotamus. *Vaill. tom. 1. f. 161.*

\* Columna. *Patin. Ind. f. 25.*

PHILIPPVS IVN. AVG. P. M. TR. P. IV. V. COS. II.

COSS. Ful. Aemilianus II. Vettius Aquilius.

A.V.C. 1002.  
Christi 249.

*Hoc anno post Patrem Veronæ occisum in praelio, Roma Philippus Iunior occiditur circa mensam Augustum.*

IMP. CAES. M. IVL. PHILIPPVS AVG.

PONTIFEX MAX. TR. P. V. COS. III. P. P. Victoria insidens Clypeo, sinistra alium Clypeum Trophæo innixum tenens, in Clypeo VICTORIA AVGG.

*A me descriptus ex Museo Illustrissimi D. Camilli Picchi Nobil. Anthonit. Vel huius Nummi adversa pars ex Patris Nummo mutata est; vel Pontificatus Maximus Philippo Iuniori à Patre communicatus est, & Tertium Consularum extraordinarium gessit Philippus Iunior hoc anno, ante quam factu cederet; cum alias Nummus ex Maximo Modulo, integer, & indubitata sit antiquitas.*

PHILIPPI IUNIORIS NUMMI IN COLONIIS CVSI.

Dacia.

\* PROVINCIA DACIA AN. I. Vt superior in Matrè. *Patin. Ind. f. 25.*

Colonia Helvia.

M. IVL. PHILIPPVS CAES.

\* COL. HEL. Duo Signa Militaria in Laurea. *Ind. Polatio.*

Tyrus.

\* COL. TYRO METROP. Figura stans cum Iuribulo, & Turri, in qua Figura respiciens. *Thes. Theopol.*

96



P. CARVIL. MARINVS.

Marinus cum Sarmatico limiti Praepositus esset, Augustus ab Exercitu Illyriciano, aut Massaco dictus est, cuius historiam sic prosequitur Zonaras in Philippo: *Hic autem Philippus Imperator cum suscepto adversus Scythas Bello Romano redisset, Marinus quidam ordinum Ductor à Militibus in Mysia Imp. est delectus, quæ seditione turbatus, cum apud Senatum verba faceret, cæteris tacentibus, de Marino es non laborandum esse dixit Decius, quod ut homo Regno indignus ultra à Militibus occidendus esset, idque, ut ille praxiderat, paulo post accidit.*

ΘΕΩ ΜΑΡΙΝΩ. Caput Marini Aquilæ impositum.

\* Minerva Galeata stans, dextra Pateram, sinistra Hastam, ad pedes Scutum cum Gorgonis capite. *Sirada f. 129.*

\* ΚΟΛΟΝΙΑΚ S.C. Minerva Galeata seminuda Clypeo insidens, sinistra Hastam puram, dextra Aquilam, supra quam duæ Figuræ. *Seguin. Sel. Num. f. 180.*

Illus.

*Illustrat hunc Nummum Illustrissimus olim, ac Eruditissimus Antiquarius Seguinus, Marini Historiarum reliquias colligens, referensque illius Consecrationem in Nummis expressam, vel ad Milites eius interempti pertinentes, vel ad Decium, ut Marini fautorum reliquias sibi deusinceret, vel ad eundem Philippum, ut à se Mariniana cadis insidiam in Rebelles conuerteret. Hanc ego pace tanti Viri ad Philippopolitanos referendam censeo, foris ob defensionem huius Urbis contra Scythas à Marino (vel cum Sarmatici limitis Dux, vel cum AVG. exercit) susceptam. Hostes enim eodem inhiabant, utpotè opulentissima, & Regionis Domina, & quam Decio Imperante captam direpsere.*



CN. MESSIVS QVINTVS TRAIANVS DECIVS.

Vir bonitate Traiano adæquatus, nomen Optimi Principis iudicio Senatus meruit, artibus cunctis, virtutibusq; instructus, placidus, comis, armisque prontissimus, à Militibus Illyricianis Imp. factus: dehinc à Senatu Augustus dictus, Valerianum sexagenarium Censorem S. C. fecit: Decium Filium cogente Senatu Cæsarem fecit; ob vitæ præstantiam omnibus charus, & in omnibus laudandus, si à Christianorum supplicio abstinuisse, in quos plurimum desæruit, adeoque crudelis fuit, ut publico edicto proposito, omnes Christi cultores necari iusserit. Eam tyrannidem vlcisci Deus voluit. Quamobrem cum aduersus Gothos, Moesiam, & Thraciam infestantes, ac L. Prisco, qui Imperium usurpauerat, fauentes, audaciùs quam consultius pugnaret, à Treboniano Gallo Duce limitis Moesiae proditus (quorundam sententia) cum toto Exercitu cæsus, corpusque paludis voragine absorptum, nec usquam repertum est. Filius primo confictu extinctus. Imperauerunt vnà integro biennio. Vixit annis 50. Vide *Pomp. Latum*.

CN. MESSIVS Q. TRAIANVS DECIVS à Philippo Aug. inuitus contra Marinum mittitur ad Exercitum Illyricianum, à quo occiso Marino, AVGVSTVS dicitur circa mensem Martium TR. P. accepta, hostisque declaratus à Philippo cum eodem configit in Campis Veronenis, & vincit circa mensem Augustum, hinc P. M. & P. P. IMP. dicitur; Romamque ingreditur.

A.V.C. 1002.  
Christi 249.

COSS. Iul. Emilianus II. Vettius Aquilianus.

- AVG. IMP. TRAIANVS DECIVS AVG. ADVENTVS AVGG. Imp. Eques. PANNONIAE. Duæ Figuræ stantes cum Signo Militari.
- \* VERTAS AVG. Figura stans, dextra Crumenam, sinistra Cornucopiam. Ex Theop. Theopoli. I. C. Bon.
- AVG. IMP. TRAIANVS DECIVS AVG. ADVENTVS AVGG. Imp. Eques. PANNONIAE. Figura Stolata dextram attollens, sinistra Signum Militare.
- IMP. C. M. Q. TRAIANVS DECIVS AVG. ABVNDANTIA AVG. Figura vtraque manu sinum effundens.
- \* Figura stans, nummos à Cornucopiaz effundens. Num. Faich.
- \* ADVENTVS AVGG. Figura Equestris. M. N. LIBERTAS AVG. Libertatis Typus.
- \* PVDICITIA AVG. Pudiciz sedentis Typus. Musæi Davia.
- \* VBERITAS AVG. Figura, dextra Crumenam, sinistra Cornucopiaz. VBERTAS AVG. Eodem Typo. P. Miny.
- \* VICTORIA AVG. Victoria, dextra Sertum, sinistra Palmam.
- \* Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. M. N. VICTORIAE CARPICAE VOTIS X. Duæ Victoriz Clypeum tenentes.
- \* AEQVITAS AVG. Figura stans, dextra Bilancem, sinistra Cornucopiaz. P. Miny.
- \* VIRTVS AVG. Figura Galeata insidens Thoraci, dextra Ramum, sinistra Hastam. Oysel. tab. 65. n. 11.
- AVG. IMP. C. M. Q. TRAIANVS DECIVS AVG. ADVENTVS AVGG. S. C. Imp. Eques Pacificatoris habitu dextram subleuans. Ind. Capatoria.
- \* FELICITAS SAECVLI S. C. Figura stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiaz.
- \* FAELICITAS SAECVLI. Vt superiori Typo absque S. C. Nummus Carpineus.
- \* LIBERALITAS AVG. S. C. Figura Stolata stans, dextra Tesseram, sinistra Cornucopiaz.
- \* MONETA AVG. Tres Monetæ cum Bilancibus, & Cornucopiaz, & Nummorum aceruo ad pedes.
- Sivada f. 120.
- \* Figura Militaris, dextra Clypeum, sinistra Hastam.
- S. C. \* Figura Militaris stans, dextra Hastam, sinistra Scuto mixa. Ind. Pellegrini Ascary.
- \* Figura Paludata, dextra Hastam, sinistra Sceptum, ibidem.
- VOTIS DECENNALIBVS S. C. In Lauream.
- Plures Figuræ sedentes in Theatro, cum Inscriptione, quæ legi nequit.

IMP.

IMP. CAES. C. M. Q. DECIO TRAI. AVG.

PAX AVGVSTI S. C. Pacis Typus.

IMP. CAES. C. MESS. Q. DECIO TRAI. AVG.

- \* PAX AVGVSTI S. C. Figura muliebris stans, dextra ramum Oleæ, sinistra Bacillū. *Musæi Cospiani.*
- \* VICTORIA AVG. S. C. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Ind. Cautorta.*
- \* VOTIS DECENNALIBVS S. C. In Laurea. *M. N.*

IMP. CAES. M. Q. TRAIANVS DECIVS AVG.

- \* LIBERALITAS AVG. S. C. Imp. in substructione Congiarium distribuit, assistente Dea Liberalitate cum Tessera, & Cornucopiæ, siue quatuor Figuræ. *Angellon. f. 312.*
- \* LIBERALITAS S. C. Eodem Typo. *Paill. tom. 1. f. 163.*

- \* ABVNDANTIA AVG. S. C. Figura stans Cornucopiæ effundens. *Num. Arscot. tab. 59. n. 4.*

TRAIANVS DECIVS TR. P. I. II. COS. DES. II.

COSS. Traianus Decius Aug. Annus Gratus.

A.V.C. 1003  
Christi 250.

Gothis Massam depopulantibus occurrit Trai. Decius, & fugatur.

Ar.

IMP. C. M. Q. TRAIANVS DECIVS AVG.

- \* CONCORDIA AVGG. Capita Herenn. Etrusillæ in dimidiata Luna, & Messij Decij, & Hostiliani iugata se respicientia. *P. Minij.*

DACIA. Figura stans, dextra Baculum cum capite Equino.

GENIVS EXERC. ILLIRICIANI. Deus Genius, dextra Pateram, sinistra Signum Militare.

GEN. ILLYRICI. Deus Genius vt superior.

- \* } Duæ Figuræ muliebres stantes, Signum Militare medium inter ipsas tenentes. *M. N.*

PANNONIAE.

- \* } Figura stans. *P. Minij.*

- \* } Duæ Figuræ stantes singulæ Signum Militare tenentes. *M. N.*

REST. ILLYRICI XXI Duæ Figuræ muliebres, altera Labarum, altera Signum Militare.

IMP. CAE. TRA. DEC. AVG.

- \* DACIA FELIX. Figura stans, dextra Signum Militare. *Num. Fesch.*

DACIA CAPTA. Figura Stolata stans, dextra ignotum quid.

GEN. ILLYRICI. Genius stans, dextra Pateram, sinistra Cornucopiæ.

IMP. TRAIANVS DECIVS AVG.

PROVINCIA DACIA. Figura stans singulis manibus Signum tenens, à dextris Aquilam, à sinistris Leonem ad pedes habens.

IMP. C. M. Q. TRAIANVS DECIVS AVG. in alijs CAES.

DACIA S. C. } Figura stans, dextra Baculum cum capite Asini.

- \* } Figura stans, dextra Signum Militare. *Thes. Theopol.*

DACIA CAPTA S. C. Figura stans, dextra tenens Signum Militare.

- \* DACIA FELIX S. C. Figura muliebris, dextra Signum Militare. *Ind. Cautorta.*

- \* GENIVS EXERC. ILLYRICIANI S. C. Vt inferior. *Musæi Cospiani.*

GENIVS EXERCITVS ILLYRICIANI S. C. Deus Genius stans, dextra Pateram, sinistra Cornucopiæ cum Signo Militari.

- \* GEN. ILLYRICI S. C. Vt superior. *Ind. Polatio.*

- \* GENIVS ILLYRICI. Genius stans, dextra Pateram, sinistra Cornucopiæ. *Ind. Cautorta.*

PANNONIAE S. C. Duæ Figuræ muliebres tenentes singulæ Signum Militare.

- \* VIRTVS AVG. S. C. Figura Galeata insidens Thoraci, dextra Ramum, sinistra Hastam. *Ind. Cautorta.*

IMP. CAES. C. MESS. Q. DECIO TRAI. AVG.

- \* DACIA S. C. Dacia stans, dextra Baculum, in cuius summate caput Asini. *Ind. Cautorta.*

- \* EXERCITVS INLYRICVS S. C. Figura stans, ambabus manibus Signum Militare tenens. *M. N.*

IMP. CAES. MESS. TRAI. Q. DECIVS AVG.

- \* EXERCITVS INLYRICVS S. C. Figura stans ambabus manibus Signum Militare tenens. *M. N.*

Caput Tra. Decij.

- \* Q. HER. ETR. DECIVS C. VALEN. HOSTIL. Capita Hetrusci, & Hostiliani se respicientia. *Spanhem. f. 595.*

- \* } Vt superiores. *Ind. Polatio.*

GENIVS EXERCITVS ILLYRICIANI S. C. } Deus Genius, dextra Pateram super Aram tenens, sinistra Signum Militare. *ibidem.*

IMP. CAES. MES. Q. DECIO TRAI. AVG.

- \* GENIVS EXERC. ILLYRICIANI S. C. Vt superiores. *Ind. Cautorta.*

TRAIAN. DECIVS TR. P. II. III. COS. II.

COSS. Traian. Decius Aug. II. Heren. Etruscus Cæs.

A.V.C. 1004  
Christi 251.

Traianus Decius cum LVCIO PRISCO AVG. contra se dicto, & CNIPIA Gothorum Duce pugnans cum Filio occiditur circa mensem Martium.

Ar.

IMP. CAE. TRA. DECIVS AVG.

- \* VICTORIA GERMANICA, Imp. Eques præeunte Victoria, dextra Lancea tenente. *Musæi Dania. Victoriæ in Germaniâ à Tr. Decio nullam reportatam apud Auctores invenimus, unde Nummum cuius in Auspiciis Victoria existimamus.*

DIVO DECIO AVG.

## NUMMI TRAIANI DECII IN COLONIIS CVSI.

Antiochia.

\* ANTIÖCHI, COLONI, Tria Signa Militaria erecta. *Patin. Ind. f. 25.*

Carthæ.

\* COL. AVR. KAR, COMM. P. F. *Spanhem. f. 56.*

Viminacium.

IMP. TRAIANVS DECIVS AVG.

\* AN. XI. *Reuerendissimus Noris Disert. 2. f. 63.*\* P. M. S. COL. VIM. AN. XII. Figura muliebris stans inter Leonem, & Taurum, dextra Labarum  
*Ind. Canotorta.*

98



## HERENNIA ETRVSCILLA.

Etruscilla Traiani Decij non amplius Filia, vt vulgo Antiquarijs persuasum, sed pro eius Vxore in locum creptæ Barbæ Orbianæ habetur, quod confirmat singularis, & elegans Græcus Regis Galliarum Nummus, in quo ex aduerso Decij Coniugis signata occurrit Etruscilla, ab ea autem ipsius Filius Herennius Etruscus denominatus videtur.

Aur. HER. ETRVSCILLA AVG.

PVDICITIA AVG. Figura sedens Peplo velans faciem, sinistra Hastam puram.  
Figura vt superior stans.

Ar. HER. ETRVSCILLA AVG.

FECVNDITAS AVG. Figura Stolata stans, dextra Pateram, sinistra Cornucopiz, cū Puerulo ad pedes.

\* IVNO REGINA, Figura Stolata stans, dextra Pateram, sinistra Hastam, ad pedes Pano. *M. N.*  
Figura sedens Peplo velans faciem, sinistra Hastam.

PVDICITIA AVG. Figura stans, vt superior.

Figura Stolata sedens, sinistra tenens Hastam puram.

HERENNIA ETRVSCILLA AVG.

\* SAECVLVM NOVVM. Templum octo Columnarum, cuius medió Figura sedens. *Vaillant. Tom. 2. f. 154.*\* IVNO. Figura stans, dextra Pateram, sinistra Hastam, ad pedes Pano. *Num. Arscor. tab. 59. n. 19.*\* VBERITAS AVG. Figura muliebris Stolata stans, dextra Crumnam, sinistra Cornucopiz, *Vaill. Tom. 2. f. 154.*\* VENERI VICTRICI, Venus nuda Columnæ nixa, dextra Pomum, sinistra ramum Palmæ. *Num. Arscor. tab. 59. n. 18.*

Ar. HER. ETRVSCILLA AVG.

FECVNDITAS AVG. Figura Stolata, dextra Pateram, sinistra Cornucopiz cum Puerulo ad pedes.

PVDICITIA AVG. S. C. Figura stans Peplo velans faciem.

HERENNIAE ETRVSCILLAE AVG.

\* PVDICITIA AVG. S. C. Figura sedens Peplo velans faciem. *Angellon. f. 314.*

HERENNIA ETRVSCILLA AVG.

\* CONCORDIA AVG. S. C. Figura muliebris sedens, dextra Pateram, sinistra Cornucopiz.

*Vaill. Tom. 1. f. 164.*\* FECVNDITAS AVG. S. C. Figura Stolata stans, dextra Pateram, sinistra Cornucopiz, cum Puerulo ad pedes. *Ind. Canotorta.*\* PVDICITIA AVG. S. C. Figura sedens vt infra. *Musei Cospiensi.*\* PVDICITIA AVGVSTA S. C. Figura muliebris sedens, dextram admoventes Peplo obuelanti faciem. *Vaill. Tom. 1. f. 164.*\* PVDICITIA AVGVSTAE S. C. Figura muliebris seminuda sedens, sinistra Sceptrum, hinc Salus cum Auguri stans, inde Securitas sinistro cubitu Columnæ nixa, dextra Caduceum. *Patin. T. def.*\* FECVND. AVG. S. C. Figura stans cum Puerulo. *Patin. Ind. f. 26.*\* PVDICITIA AVGVSTAE S. C. Figura sedens inter duas Deas stantes. *Patin. ibidem.*

## NUMMI ETRVSCILLAE IN COLONIIS CVSI.


Viminacium.

HER. ETRVSCILLA AVG.

\* P. M. S. COL. VIM. AN. . . . Figura muliebris in medio duorum Leonum. *Patin. Ind. f. 26.*

Q. HE-

99



## Q. HERENNIVS.

Trai. Decij, & Etruscillæ Filius, Cæsar à Patre factus, ad expeditionem Gothicam cum ipso properans, Augustus appellatus est, in quibusdam rarissimis Nummis Imperator vocatus; primo conflictu decertans vulnere accepto, occubuit.

## Q. HERENNIVS ETRVSCVVS MESSIVS DECIVS, CAESAR dicitur à Patre TRAIANO DECIO TR. P. accepta.

COSS. Fulvius Amilianus II. Vettius Aquilinus.

A.P.C. 1002.  
Christi 249.

- Ar.* Q. HER. ETR. MES. DECIVS NOB. C.  
\* PRINCIPI IVVENTVTIS, Figura Paludata stans, dextra Sceptum, sinistra Iaculum per transversum. *Tbes. Theopol.*
- Ar.* Q. HER. ETR. MES. DECIVS NOB. CAES. *aly C.*  
CONCORDIA AVGG. Duz dextræ iunctæ.  
MAR. . . . . Mars gradivus.
- PIETAS AVGG. *aly AVGVSTORVM.* <sup>Vasa Pontificalia.</sup>  
Mercurius dextra Crumenam, sinistra Caduceum.  
<sup>(Mercurius cum Petafo, Falacibus, Caduceo, & Loculis,</sup>  
*Cum Cæsaris dignitate, etiam Pontificiam à Decio Patre, Decio Filio traditam ex Nummo primo (ex superioribus) licet arguere.*
- SPEŠ PVBLICA. *Spei Typus.*
- \* MARTI PROPVGNATORI, Mars dextra Hastam, laeva Clypeum, *Vaill. Tom. 3. f. 155.*
- Ar.* Q. HER. ETR. MES. DECIVS NOB. CAES. *aly C. aly CAE. Musæi Cospiani.*  
PIETAS AVGG. S.C. Mercurius nudus, dextra Pileum, sinistra Caduceum.  
\* PIETAS AVGVSTORVM S.C. Instrumenta Pontificalia, *Vaill. Tom. 1. f. 165.*
- \* PIETAS AVGG. S.C. Instrumenta Pontificalia, *Num. Arscot. tab. 59. n. 11.*
- Q. HERENNIVS DECIVS NOB. C.  
\* PIETAS AVGVSTOR. S.C. Instrumenta Pontificalia. *Tbes. Theopol.*

## Q. HERENNIVS ETRVSCVVS MES. DECIVS CAES. TR. P. I. II. PRINCEPS IVVENTVTIS,

COSS. Traian. Dec. Aug. Annus Gratus.

A.P.C. 1003.  
Christi 250.

*Cum Patre ad Bellum Gothicum in Asia proficiscitur.*

- Ar.* Q. HER. ETR. MES. DECIVS NOB. CAES. *aly C.*  
PRINCIPI IVVENTVTIS. Figura sedens, sinistra Sella nixa, dextra Ramum.
- Ar.* Q. HER. ETR. MES. DECIVS NOB. CAES. *aly C. aly CAE. Musæi Cospiani.*  
\* PRINCIPI IVVENTVTIS S.C. <sup>Figura stans, dextra Scipionem, sinistra Pium.</sup>  
\* <sup>Figura sedens sinistra Sella nixa, dextra Ramum. *Vaill. Tom. 1. f. 165.*</sup>
- PRINCEPS IVVENTVTIS S.C. <sup>Figura Paludata stans, dextra Sceptum, laeva Hastam per transversum. *Ind. Polatig.*</sup>  
<sup>Figura Paludata stans, dextra Ramum, sinistra Sceptum.</sup>

Q. HER. ETRVSCVVS MESSIVS DECIVS TR. P. II. COS, AVG, dicitur à Patre, cum quo circa mensem Martium praelio cadit, contra Gothos pugnans.

COSS. Traianus Decius Aug. II. Herennius Etruscus Caf.

A.P.C. 1004.  
Christi 251.

- Ar.* IMP. C. Q. HER. ETR. MES. DECIVS AVG. Caput Herennij Radiatum,  
\* VICTORIA GERMANICA, Victoria gradiens cum Serto, & Palma. *Vaillant. tom. 2. f. 155.*  
*Nummus hic cusus pro felici auspicio belli per Decios Augg. suscepti, quod tamen eorum morte consummatum est.*
- Q. HER. MESS. DECIVS P. F. AVG.  
CONCORDIA AVGG. Duz dextræ iunctæ.  
PIETAS AVGVSTORVM, Vasa Pontificalia.

Q. HE-

## Q. HERENNII MES. DECII NUMMI IN COLONIIS CVSI.

Ælia Capitolina.

HETRUSCVS, ET QVINTVS CAES. Capita iugata Hetrusci cum Corona, &amp; Hostiliani nudum.

\* COL. AEL. KA . . . . \* (Figura virilis seminuda stans, dextra Hastam, sinistra Globum. *Ind. C. auot.*  
L (Figura virilis Paludata stans, dextra elata, sinistra Hastam per transfer-  
sum. *Patin. Ind. f. 25.*

Viminacium.

Q. H. ETR. MES. DEC. CAES. Caput nudum.

\* P. M. S. COL. VIM. AN. XII. Vt in Patre. *Patin. Ind. f. 26.*

## C. VAL. HOSTILIANVS.

Decij, & Etruscillæ Filius natu minor, Herennij Frater, à Patre Cæsar factus est, cum ad bellum Scythicum pro-  
peraret cum Herennio, ipso Romæ relicto, morte Patris, & Fratris comperta, à Senatu Imperator renunciatus est,  
sed paulo post Peste atrocius sentiente interijt.

C. VALENS HOSTILIANVS MESSIVS QVINTVS TR. DECII AVG. FILIVS  
CAESAR. à Patre disior cum Fratre Decio.

COSS. Ful. Æmilianus II. Vettius Aquilinus.

A.V.C. 1002.  
Christi 249.

- ANV. \* PIETAS AVGG. Instrumenta Pontificalia. *Vaill. Tom. 2. f. 156.*  
AV. C. VALENS HOSTIL. MES. QVINT. N. C.  
MARS PROPVG. Mars gradivus, dextra Hastam, sinistra Parmam.  
PVDICITIA AVGG. Pudicitia sedentis Typus.  
C. VAL. HOS. MES. QVINTVS N. C.  
MARS PROPVG. Figura stans, sinistra Columnæ nixa, dextram auri adplicans.  
PIETAS AVGG, in alio AVGVSTORVM. (Mercurius dextra Crumenam, sinistra Caduceum.  
Instrumenta Pontificalia.  
SECVRITAS AVGG. Securitatís Typus.  
C. OVAL. HOSTIL. MES. COVINTVS CAESAR.  
VBERTAS AVG. Vbertatis Typus, dextra Cornu inserfum tenens, sinistra Cornucopiz.  
M. C. OVAL. OSTIL. MES. COVINTVS CAESAR.  
PVDICITIA AVG. Vt superior.  
C. VALENS HOSTIL. MES. QVINTVS N. C.  
\* MARTI PROPVGNATORI. Mars, dextra Hastam parant, sinistra Scutum. *M. N.*  
C. VALENS OSTIL. MES. QVINTVS CAESAR.  
\* ADVENTVS AVG. Imp. Equos, dextra elata, sinistra Spiculum gerit. *Vaill. Tom. 2. f. 156.*  
\* CONCORDIA AVGG. Duz dextræ iuhctæ. *Vaill. Tom. 2. f. 156.*  
\* ROMAE AETERNÆ AVG. Roma Galeata sedens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam, pro  
pedibus Clypeus. *ibidem.*  
\* SAECVLVM NOVVM. Templum octo Columnarum, in cuius medio Figura sedens. *ibid f. 157.*  
\* SPES PVBLICA. Figura muliebris stans, dextra Floram tridam, sinistra vestem levatis. *ibidem.*  
AV. \* PIETAS AVGVSTORVM S. C. Instrumenta Pontificalia. *Num. Arscot. tab. 59. n. 16.*  
\* PIETAS AVGG. S. C. Mercurius stans, dextra Crumenam, sinistra Caduceum. *P. Cæcilius.*

HOSTILIANVS CAES, TR. P. II.

COSS, Tr. Decius Aug. Annus Gratus,

A.V.C. 1003.  
Christi 250.

Principi Iuventutis dicit.

- AV. C. VALENS HOSTIL. MES. QVINT. N. C.  
PRINCIPI IVVENTVTIS. Figura stans, dextra Signum Militare, sinistra Hastam.  
C. VALENS HOSTILIANVS MES. QVINTVS C.  
\* PRINCIPI IVVENTVTIS. Figura sedens, dextra ramum Lauri, sinistro cubito Lyre nixa.  
*Tristan. tom. 2. f. 657.*

C. VA.

C. VALENS HOSTILIANVS QVINTVS N. C.

\* PRINCEPS IVENTVTIS. Imp. stans, sinistra Hastam, dextra Signum Militare, *Musai Davia.*

*AE.* C. VALENS HOSTIL. MES. QVINTVS N. C.

\* Figura Paludata stans, dextra Signum Militare, laeva Hastam gerit, *Srada f. 123.*

\* Figura mul. sedens, dextra Ramum gerit, *Vaill. tom. 1. f. 167.*  
\* PRINCEPS IVENTVTIS S. C. Figura sedens, dextra Ramum. *M. N.*

HOSTILIANVS CAES. TR. P. II. III. occiso Tr. Decio AVG. dicitur, & paulo post extinguitur.

COSS. Tr. Decius Aug. II. Messius Decius Caf.

A.V.C. 1004.  
Christi 251.

*Ar.* IMP. CAE. C. VAL. HOST. MES. QVINTVS AVG.

\* SECVRITAS AVGG. Figura stans sinistra Columnæ nixa dextra caput sustentat. *Musai Davia.*

IMP. CAES. C. VALEN. HOSTILIANVS MES. QVINTVS AVG.

PONTIF. TR. P. COS. DES.

SECVRITAS AVGG. Securitatis Typus.

C. VALENS HOSTILIANVS MES. QVINTVS AVG.

AETRUSCVS, ET QVINTVS CAES. Duæ facies innæ Quinti, & Aetrusci.

MARTI PROPVGNATORI. Mars gradius, dextra Hastam, sinistra Peltam.

MATRI DEVM. Cybele Turrata stans, dextra Globum cum Leone ad pedes.

IMP. CAES. C. VALENS HOSTILIANVS MES. QVINTVS AVG.

SECVRITAS AVGG. Securitatis sedentis Typus.

C. OVAL. HOSTIL. MES. COVINTVS AVG.

VBERTAS AVGG. Vbertatis Typus.

QVINTVS NO. CAE. VALENS HOSTIL. AVG.

MARTI PROPVGNATORI. *Vrsin. Fragment. Histor.*

IMP. C. VALENS HOSTIL. MES. QVINTVS AVG.

\* ADVENTVS AVG. Imp. Eques dextram eleuat, sinistra Spiculum gerit. *Vaill. Tom. 2. f. 156.*

*Ex hoc Nummo conijcere licet ad aliquos menses Hostiliani Imperium processisse, cumque cum Treb. Gallo, & Volusiano Augg. Romam reuersum, potius Peste, quam gladio occubuisse.*

\* VICTORIA GERMANICA. Victoria gradiens, dextra extensa Coronam, sinistra Lauream.

*Vaill. Tom. 1. f. 157.*

*AE.* C. VALENS HOSTILIANVS MES. QVINTVS AVG.

PRINCEPS IVENTVTIS S. C. Figura sedens dextra Globum.

IMP. CAES. C. VAL. HOSTIL. MES. QVINTVS AVG.

\* ROMAE AETERNAE S. C. Roma Galeata infidens spolijs, dextra Victoriolam, sinistra Hastam,

pro pedibus Clypeus. *Vaill. Tom. 2. f. 167.*

IMP. CAES. C. VAL. HOST. MES. QVINTVS AVG.

\* SALVS S. C. Figura muliebris Stolata stans, dextra Pateram libans Serpenti, sinistra Hastam. *Vaill.*

*Tom. 2. f. 167.*

\* SECVRITAS AVGG. S. C. Figura muliebris stans, dextram versus faciem eleuans, sinistro cubita Columnæ imposito. *M. N.*

\* VICTORIA AVG. Victoria gradiens cum Corona. *Spanhem. f. 592.*

IMP. CAE. C. VAL. HOS. MES. QVINTVS AVG.

\* VOTIS DECENNALIBVS S. C. In medio Laureæ. *Musai Bonfilioly.*

H O S T I L I A N I N Y M M I I N C O L O N I I S C V S I .

Ælia Capitolina.

C. VALENS HOSTILIANVS MES. QVINTVS AVG.

COL. AEL. KA. . . . Figura Stolata, dextra Hastam tenens.

Viminacium.

C. VALENS HOSTIL. MES. QVINTVS N. C.

\* P. M. S. COL. VIM. AN. XII. Figura stans cum Leone, & Tauro hinc indè ad pedes. *Irid. Polatio.*

C. VAL. HOST. MES. QVINTVS C.

\* P. M. S. COL. VIM. AN. XII. Vt superiori Typo. *M. N.*

L V C I V S P R I S C V S A V G .

**H**IC cum Præfes Macedoniam regeret, Imperium vsurpans, Gothos de proximo in auxilium vocauit A.V.C. 1004. Christi 251. *Iournandes* cap. 18. de Rebus Geticis, & *Aurel. Victor.* in Cæsaribus. Cuius & tacite meminit *S. Cyprianus* Epist. 52. ad Antoninum de Decio Imperatore scribens: *Cum multo patientius, & tolerabilius auderet leuari aduersus se amulum Principem, quam constituit Romæ Emulum Sacerdotem, idest S. Cornelium Papam. Ex Notis Reuerendissimi Patris Henrici Noris.*

M. P E R P E N N A L I C I N I A N V S .

**T**emporibus Deciorum Imp. est effectus ex S. C., sed paulo post pestilentia absumptus interijt eodem anno.

COSS. Decius Aug. II. Aetrusens Mes. Decius Caf.

A.V.C. 1004.  
Christi 251.

IMP. CAES. M. AVG. PERPENNA LICINIAN. AVG.

P. M. TR. P. P. P.

Xxxx

C. VI.





## C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS.

**P**atricia Familia ortus, Dux limitis Mœsiæ à Decio factus, à Legionibus, quæ à Scytharum prælio residua erat, Imp. electus, cum plus ei inesset fortunæ, quàm fidei, Senatus Augustum appellavit. Christiani nominis hostis, prodicione Imperium arripuit, & primus Imp. percussor, cum Scythis foedere, tributum pendit ducentarum drachmarum Aurearum, & iugum Scythicæ servitutis Imperium sustinuit; vnde insolentiores facti Barbari, tributo non contenti, impressionem fecerunt in Dardaniam, Thraciam, Macedoniam, Hellada, & Asiam; qui opera Æmiliani Ducis limitis Mœsiæ repressi, non sine magna cæde, in solitudines suas redire coacti sunt. Is re feliciter gesta Imp. ab Exercitu appellatur. Gallus Romæ agens, audiens Æmilianum Imp. factum, Volusianum F. consortem Imperij facit; & ad opprimendum Æmilianum profectus, in primo congressu deserentibus Militibus suis, & Æmiliano adhærentibus, cum Filio cæsus est apud Interamnâ, cum regnasset annis duobus, Anno ætatis 47. Sub eo sævissima pestilentia, ab Æthiopia orta, totum ferè Orbem peragrata, vix intra decennium sopita est.

C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS, Consularis, occiso Decio AVG. dicitur, & P.M. TR.P.  
- IMP. P. P. ab Exercitu Mœsiaco circa Martium.

A.P.C. 1004.  
Christi 251.

COSS. Trai. Decius Aug. 11. Messius Decius Cas.

Pacem cum Barbaris facit tributo 200. Drachmarum Auri promisso Romanis redit, & Volusianum Filium primò Casarem, mox Aug. vocat T.R. P. concessa.

ANZ. IMP. CAES. C. VIB. TREB. GALLVS AVG.

ANNONA AVG. ¶ Figura muliebris, sinistra Spicas, dextra Temonem.

\* ¶ Figura stans, dextra Temonem cum Globo. *Oysel. tab. 75. n. 2.*

FELICITAS AVGG. ¶ Figura stans, dextra Victoriolam, sinistra Cornucopiæ.

¶ Figura stans, dextra Caduceum.

FELICITAS PVBLICA. Figura, dextra Victoriolam, sinistra Cornucopiæ.

\* IVNO MARTIALIS. Figura sedens, dextra Ramum, sinistra Hastam puram. *Tristan. tom. 2. f. 668.*

PIETAS AVGG. Figura stans expansis manibus.

VIRTVS AVGG. ¶ Figura Militaris, sinistra Parmam, dextra Hastam.

¶ Figura, dextra Peltam, sinistra Pileum.

\* AETERNITAS AVG. Figura muliebris stans, dextra Phœnicem Globo impositum. *Paill. tom. 2. f. 158.*

\* CONCORDIA AVG. Figura muliebris stans; dextra Pateram, sinistra Cornucopiæ. *Ex Theop. Theopol. I. C. Bon.*

\* IVNONI MARTIALI. Templum duarum Columnarum, in cuius medio Iuno sedens cum Pauone ad pedes. *Oysel. tab. 47. n. 10.*

AV. IMP. CAES. C. VIB. TREB. GALLVS AVG.

ADVENTVS AVG. Figura Equestris.

AETERNITAS AVG. Figura stans, dextra Globum cum Phœnice.

\* ¶ Figura stans, dextra limbum Pallij attollens.

\* AETERNITAS AVGG. \* ¶ 1 Figura stans, dextra Temonem, sinistra Spicas, pedem sinistram Pro-

ra imponens. *M. N.*

\* ANNONA AVG. Figura stans, dextra Hastam, sinistra aliud quid. *Num. Fasc.*

APOL. SALVTARI. Apollo, dextra ramum Lauri, sinistra Cytharam.

\* APOLLINI SALVTARI. Eodem Typo. *Tristan. tom. 2. f. 672.*

LIBERTAS PVBLICA. Figura stans, dextra Pileum, sinistra Hastam.

LIBERTAS AVGG. ¶ Figura stans, dextra Pileum, sinistra Hastam.

\* ¶ Figura mul. Columnæ nixa, dextra Pileum, sinistra Hastam. *Oysel. tab. 87. n. 9.*

\* LVDIS DECENNALIBVS. In Corona. *Num. Fasc.*

\* MARTI PACIFERO. Mars gradiens, dextra Ramum, sinistra Hastam. *ibidem.*

PAX AETERNA. Figura Stolata, dextra Ramum, sinistra Hastam.

PIETAS AVGG. Figura stans, utramque manum attollens.

IMP. CAE. VIB. TREB. GALLVS P. F. AVG.

\* ADVENTVS AVG. Figura Equestris Pacificatoris habitu. *M. N.*

AEQVITAS AVGG.

CONCORDIA AVGG. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Cornucopiæ.

IVNO MARTIALIS. Figura sedens, dextra Spicas, sinistra Hastam.

LIBERTAS PVBLICA.

\* MARTEM PROPVGNATOREM. Mars gradiens, dextra laculum, sinistra Scutum. *M. N.*

PIETAS AVGG.

VBERTAS AVGG.

IMP.

IMP. CAES. C. VIB. TREB. GALLVS AVG.

- \* FELICITAS PVBLICA. (Figura stans, dextra Caduceum, sinistra nixa Columnæ, *M. N.*)
- \* (Figura stans, dextra Caduceum longum, sinistra Cornucopiæ, *M. N.*)

PROVIDENTIA AVGG. Providentiæ Typus.

- \* ROMAE AETERNAE. Figura insidens Scuto, dextra Victoriolam, sinistra Hastam. *M. N.*
- \* SALVS AVG. Salutis stantis ad Aram Typus. *M. N.*

IMP. C. C. VIB. TREB. GALLVS AVG.

- \* PAX AETERNA. Figura Stolata, dextra Ramum, sinistra Hastam, *Num. Fasc.*  
*Pacem hanc Romano nomini infamem sic Zonaras describit, Gallus rerum potitus, pactus cum Barbaris, ut annuo Tributo accepto Romanis Provincijs abstinerent Romam abijt, & Filium Volusianum Caesarem declaravit, cui & Zosimus sic subscribit. Prosperæ Barbarorum res incrementum ceperant, non enim cum præda tantum Gallus eis, ut suos intra fines redirent permittit; verum etiam quod annis certam pecuniæ summam dare promittit, & ex captivis Nobilissimum quemque per vim abduci passus est, quorum plerique, capta Thraciæ Philippopoli Hostium in potestatem venerant.*

- \* APOLLO SALVTARIS. Apollo stans, dextra Lauri ramum, læua Cytharam, *ex Thes. Theopolo I. C. Bon.*

SAECVLVM NOVVM. Templum octo Columnarum, in cuius medio Figura sedens, *Vaill. tom. 2. f. 158.*

- \* VIRTVS AVGG. Figura muliebris stans, *Ex Thes. Mauroceno I. C. Bon.*
- \* VOTIS DECENNALIBVS. In Laurea. *Vaill. tom. 2. f. 158.*

IMP. CAES. C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.

- \* MONETA AVGG. Tres Monetae stantes cum attributis, *Num. Carpinus.*

IMP. C. C. VIB. TREB. GALLVS P. F. AVG.

- \* MARTI PACIFERO. Mars gradivus Pilum sinistra, dextra ramum Oleæ tenens. *Musai Davia.*
- \* SAECVLVM NOVVM. (Templum octo Columnarum, in cuius medio Figura sedens, *ibidem.*)  
 (Templum sex Columnarum, in cuius medio Figura sedens, *M. N.*)

IMP. CAES. C. VIB. TREB. GALLVS AVG.

- \* (Figura Equestris, dextram elevans, *Vaill. tom. 1. f. 168.*)

ADVENTVS AVG. S. C. (Duo Imp. Equites præeunte Victoria, subsequenter duobus Militibus cum Signo Militari, *Hulsus.*)

APOLL. SALVTARI S. C. Apollo stans, dextra Ramum, sinistra Cytharam tenens.

- \* APOLLO SALVTARI S. C. Apollo nudus, dextra Ramum, sinistra Lyram humi tenens. *Ind. Polatio.*

*Eruditissimus Tristanus à S. Amante in Commentarijs hunc Nummum refert ad Galli, & Volusiani Augg. studium in Pestem, & qua Romanus Orbis sub eorum Imperio laboravit) restinguendam, licet in cassum laboraverint; quindecim enim annorum spatio Pestem perdurasse Auctor est Zonaras.*

CONCORDIA AVGG. S. C. Concordia stans cum duplici Cornucopiæ.  
 LIBERALITAS AVGG. S. C. Figura stans, dextra Tesseram frumentariam, sinistra Cornucopiæ.  
 LIBERTAS AVGG. S. C. Libertatis Typus.

- \* PIETAS AVGG. S. C. (Figura Stolata stans ad Aram, utramque manum attollens, *M. N.*)

- \* (Dea dextra Anguem, læua Pateram. *Ind. Caucortia.*)

SALVS AVGG. S. C. (Dea Salus, dextra Serpentem, sinistra Pateram.  
 (Dea Salus ante Aram, ex qua erumpit Serpens, dextra Pateram eidem porrigens. *Ind. Polatio.*)

SALVS AVGVST. S. C. Figura stans cum Patera, & Serpente.

IMP. CAES. C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.

- \* ADVENTVS AVGG. Duo Imp. Equestres præeunte Milite cum Labaro, & Victoria alata, dextra Lauream, sinistra Palmam, subsequenter tribus Militibus, duobus cum Signis, & alio cum Scuto. *Tristan. tom. 2. f. 667.*

*Galli, & Volusiani in Urbem rodium post firmatam cum Barbaris Pacem, tributumque promissum Zosimus sic describit. His rebus in hunc modum gestis Romam Gallus venit, magnos ob constitutam cum Barbaris Pacem spiritus gerens. Ceterum hoc Nummum Augustum dictum fuisse Volusianum ante hanc adventum probari potest.*

- \* AEQVITAS AVGG. S. C. Figura stans, dextra Bilancem, sinistra Cornucopiæ. *M. N.*
- \* AETERNITAS AVGG. S. C. Figura stans; dextra Globum cum Phænice, sinistra Vestem elevans. *M. N.*

IMP. CAES. C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.

- \* FELICITAS PVBLICA S. C. Figura stans, dextra Caducei, sinistra Hastam per transversum. *M. N.*

IVNO MARTIALIS S. C. Figura sedens in medio Templi.

- \* IVNONI MARTIALI S. C. Eodem Typo. *Num. Fasc.*

IVNO MARTIALIS. Templum quatuor Columnarum in comum desinens, cum Idolo sedente in medio. *Thes. Theopol.*

- \* LIBERALITAS AVGG. S. C. Figura Stolata stans, dextra Tesseram frumentariam, sinistra Cornucopiæ. *ibidem.*

- \* LIBERTAS AVGG. S. C. Libertatis Typus. *M. N.*

- \* PAX AVGG. S. C. Figura stans, dextram cum Ramo attollens, sinistra Hastam per transversum. *M. N.*

- \* PIETAS AVGG. S. C. Figura stans elatis manibus. *M. N.*

ROMAE AETERNAE S. C. (Roma Galeata sedens, dextra Globum cum Phænice, sinistra Hastam. *Thes. Theopol.*)

- \* (Roma sedens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam. *Ind. Caucortia.*)

SALVS AVGG. S. C. (Figura stans, dextra Pateram imponens Arae, ex qua Anguis erumpit, læua Hastam. *Ind. Caucortia.*)

- \* (Figura stans, sinistra Pateram porrigens Serpenti, quem dextra tenet, *M. N.*)

- \* SECVRITAS AVGG. S. C. Figura stans, sinistro cubitu Columnæ nixa, dextram capiti admoventis. *M. N.*

VIR.

## TREBONIANVS GALLVS.

- \* VIRTVS AVG. S. C. Figura Militaris Galeata stans, dextra Scutum tenens, sinistra Hastam. *M. N.*
- \* VOTIS DECENNALIBVS S. C. In Laurca. *M. N.*
- IMP. C. C. VIB. TREB. GALLVS P. F. AVG.
- \* ADVENTVS AVG. S. C. Imp. Eques, dextra elata, sinistra Iaculum. *Strada f. 125.*
- \* Figura sedens, dextra Spicas, laeva Globum. *Ind. Caenotorta.*
- \* IVNONI MARTIALI S. C. | Figura sedens in medio Templi, cum Pauone, & Hasta. *Num. Ar-*  
*scot. tab. 59. n. 23.*
- IMP. GALLVS AVG. IMP. VOLVSIANVS AVG. Capita Galli, & Volusiani se respicientia.
- \* ADVENTVS AVGG. Duo Imp. Equites dextris Hastas tenentes. *Nummus Carpincus.*
- IMP. CAESAR TREBONIANVS GALLVS AVG. Caput Treboniani Laureatum, cum busto Tho-  
racato, dextra Virgam tenens.
- \* SAECVLI FELICITAS. Quatuor Pueruli, quatuor Anni Tempora designantes. *Musaei Federio.*

TREB. GALLVS TR. P. I. II. COS. II.

COSS. *Treb. Gallus Aug. II. Vib. Volusianus Aug.**A. V. C. 1005.*  
*Christi 252.**Pestis ex Aethyopia orta, totum penè Romanum Orbem destruit.*

- Ar.* IMP. CAES. C. VIB. TREB. GALLVS AVG.
- Ar.* P. M. TR. P. COS. II. P. P.
- Ar.* IMP. CAES. C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.
- \* Imp. Togatus ad Aram sacrificans. *Ind. Polatio.*
- \* P. M. .... COS. II. P. P. S. C. } Templum sex Columnarum, in cuius medio Iupiter, antè quem Ara  
accensa, cum septem Figuris sacrificantibus, cum Tibicine, &  
Victima. *Angellon. f. 319. n. 3.*
- Fortè Sacrificium aliquod ab Augg. Gallo, & Volusiano factum ad sedandam Pestem exhibet  
hic Nummus.*

TREB. GALLVS TR. P. II. III. COS. II.

COSS. *Volusianus Aug. II. M. Valerius Maximus.**A. V. C. 1006.*  
*Christi 253.**Pestis sauis, & Roma, & alibi. Aemilianus AVG. ab Exercitibus Mæssiacis dicitur. Gallus, & Volusianus  
contra eum cum Exercitu profecti, circa Aestatem, Interamna Pralio cadunt.*

- Ar.* IMP. CAES. C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.
- \* P. M. TR. P. III. COS. II. P. P. Figura sacrificans antè Aram. *Num. Fascb.*
- Ar.* IMP. C. C. VIB. TREB. GALLVS P. F. AVG.
- P. M. TR. P. III. COS. II. P. P. S. C. Figura Stolata stans, dextra Ramum.
- IMP. CAES. C. VIB. TREB. GALLVS AVG.
- VICTORIA AVGG. S. C. Victoria stans, dextra Corollam.
- In Augurium Victoria Galli, & Volusiani de Aemiliano reportanda cusus Nummus.*
- \* IOVI VICTORI S. C. Iupiter nudus, dextra Victoriolam, sinistra Hastam. *Num. Arscot. tab.*  
*59. n. 4.*
- IMP. CAES. C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.
- \* P. M. TR. P. III. COS. II. P. P. S. C. Imp. Gabinio habitu sacrificans ad Aram, dextra Pateram,  
sinistra Sceptum. *M. N.*
- Et si in Nummis Galli, & Volusiani TR. P. III. reperiantur, eosq; ex hac inscriptione occisos Anno sequenti  
dicendum esset; tamen cum & nullus Historicorum ultra biennium eorundem imperium  
extendant, & Anni non suppetant quibus possit augeri Epochæ eorum, hac in parte potius  
Historicis, & Chronologia standum duxi, quam Nummis. qui fortè aliqua aduersa parte ab  
Imp. superioribus mutuata cusi sunt, errore Monetariorum, ut plures alij, praesertim tem-  
pore quo Orbem Romanum Pestis depopulans, Artifices etiam absumere potuit: si tamen  
eruditus Lector meliora afferet libenter erudiar.*

NUMMI TREB. GALLI IN COLONIIS CPSI.

Celiobriga.

*Brigantia, & Tuntobriga etiam dicta, Vrbs Hispania Tarraconensis insignis, olim Municipium Romanorum,  
nunc Ducatus dignitate conspicua. & Bragança dicta.*

- \* AEL. MVNICIP. COEL. Lupa cum Gemellis. *Patin. Ind. f. 26.*
- Inscriptionem ex Nummo Regi Thesauri Parisiensis profert Spanhemius f. 772. ubi eam sic legie*  
AELIVM MVNICIPIVM COELIOBRIGA.

Damaucus.

- IMP. C. VIB. TREB. GALLO AVG.
- \* COL. DAMAS. METPO. Circum Lauream, in qua CEBACMIA. *Ind. Polatio.*
- \* COL. DAMAC. METRO. Infans sub Cerva. *Patin. Ind. f. 26.*
- \* COL. DAMA. MET. Duæ Aquilæ sub Vexillo. *ibidem.*
- \* COL. DAMA. METRO. *Spanhem. f. 55.*

Incerta.

- IMP. C. VIB. TREB. GALLO AVG.
- \* COL. A. A. HAMET. Duæ Aquilæ stantes, in quarum medio Vexillum quadratum. *Ind. Caenotort.*  
IMP.

IMP. CAES. C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.

\* ARNASI. Figura nuda instans Monti, dextra Serpentem erigit. *Ind. Polatio.*

Troas.

\* COL AVG. TRO. Gryphus. *Patin. Ind. f. 26.*

Tyrus.

\* TYRO METRO. Bos, Concha, Vexillum, in quo LEG. III. GAL. *Patin. Ind. f. 26.*

Viminacium.

IMP. CAE. C. VIB. TREB. GALLVS AVG.

\* P. M. S. COL. VIM. AN. XII. Figura muliebris stans inter Leonem, & Bouem. *Ind. Polatio.*  
AN. XIII. Eodem Typo. *Patin. Ind. f. 26.*

C. VIBIO TREBON. GALLO AVG.

\* P. M. S. COL. VIM. . . . Vt superiori Typo. *M. N.*

102



C. VIBIVS VOLVSIANVS TREBONIANI AVG. F. CAESAR primo, post AVG. TR. P. COS. DES.  
P. P. IMP. dicitur à Patre.

COSS. Traianus Decius Aug. II. Messius Decius Caf.

Cum Patre Romam redit.

A.V.C. 1004.  
Christi 251.

*Aur.* IMP. CAE. C. VIB. VOLVSIANO AVG.

AEQVITAS AVGG. Aequitatis stantis Typus.

CONCORDIA AVGG. Figura stans, dextra Pateram portigens, sinistra Cornucopiae.

IVNONI MARTIALI. Figura sedens in Templo.

LIBERTAS AVGG. Figura stans Columnae nixa, sinistra Hastam per transversum, dextra Pileum tenet.

PAX AVGG. Pacis stantis Typus.

*Ad Pacem cum Barbaris à Patre factam referendus.*

SALVS AVGG. Salutis Typus.

*Ar.* C. VIBIO VOLVSIANO CAES.

VOTIS TRIBVS. In Laurea.

IMP. CAE. C. VIB. VOLVSIANO AVG.

ADVENTVS AVGG. Figura Equestris, dextram eleuans, sinistra Hastam.

FELICITAS PVBLICA. Figura stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiae.

\* FELICITAS PVBL. Eodem Typo. *M. N.*

\* IVNONI MARTIALI. Figura sedens, dextra tres Spicas, sinistra Globum tenens.

\* PAX AVGG. Pacis Typus. *M. N.*

PIETAS AVGG. Figura stans manibus expansis coram Ara.

\* SALVS AVGG. Figura stans cum Patera, & Serpente. *M. N.*

VIRTVS AVGG. Figura, dextra Ramum eleuans, sinistra Hastile cum Stella.

(Figura stans, sinistram imponens Scuto.)

VIRTVTI AVG. Figura Militaris stans, dextra Scutum, sinistra Hastam.

IMP. C. C. VIB. VOLVSIANVS AVG.

IMP. GALLO VOLVSIANO AVG.

\* IVNONI MARTIALI. Templum, in cuius medio Figura sedens. *Vaill. tom. 2. f. 159.*

\* PIETAS AVGG. Figura stans manibus expansis coram Ara. *Num. Fasc.*

\* SAECVLVM NOVVM. Templum sex Columnarum Idolo medio. *M. N.*

VIRTVS AVGG. Figura Militaris, Galeata, & Ocreata, sinistra Peltam, dextra Hastam.

\* *Salus diuersus. M. N.*

IMP. C. VIB. VOLVSIANO AVG.

CONCORDIA AVGG. Figura stans cum Patera, & duo Cornucopiae.

\* (Figura sedens, dextra Pateram, sinistra duo Cornucopiae. *P. Minij.*)

IMP. C. VIB. GALLVS N. D. VOLVSIANVS AVG.

SAECVLVM NOVVM. Templum. *Golzius legit SECVLVM.*

\* APOLLINI PROPVGN. Apollo stans, dextra Arcum. *P. Minij.*

\* AEQVITAS AVGG. Figura stans, dextra Bilancem, sinistra Cornucopiae. *ibidem.*

\* LIBERALITAS AVGG. Figura muliebris cum Tessera, & Cornucopiae. *Vaill. Tom. 2. f. 159.*

*Probabile est Gallum, & Volusianum, ut primum sugg. Romam aduenere, ad P. R. demerendum, liberaliter Congiarium distribuisse, quod Nummi testantur, silentibus Historicis.*

Yyyy

MARTI

- \* MARTI PACIFERO. Mars Galeatus, dextra Ramum, sinistra Hastam. *Vaill. Tom. 2. f. 159.*  
 \* ROMAE AETERNAE. Roma Galeata Scuto insidens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam.  
*Num. Arscot. tab. 60. n. 4.*  
 \* VOTIS DECENNALIBVS. In Laurea, *Vaill. Tom. 2. f. 159.*  
 C. VIBIO VOLVSIANO CAES.  
 AEQVITAS AVGG. S. C. Aequitatis stantis Typus.  
 APOLL. SALVTARI S. C. Apollo, dextra Ramum, sinistra Cytharam.  
 FELICITAS PVBLICA S. C. Figura stans, dextra Caduceum, sinistra Hastam, Columnæ nixa.  
 FEL. CONCORDIA AVGG. S. C. Figura Stolata, dextra Pateram, sinistra duplex Cornucopiae.  
 IVNONI MARTIALI S. C. Figura sedens in Templo.  
 PAX AVGG. S. C. Pacis Typus, dextra Ramum, sinistra Hastam.  
 VOTIS DECENNALIBVS S. C. In Laurea.  
 C. VIB. VOLVSIANO NOB. C.  
 \* PRINCIP. IVVENTVT. S. C. Figura Paludata stans, dextra Hastam, laeva Signum Militare.  
*Vaill. tom. 1. f. 169.*  
 IMP. CAE. C. VIB. VOLVSIANO AVGG.  
 \* APOLL. SALVTARI S. C. Vt in Patre. *Musæi Cospiani.*  
 CONCORDIA AVGG. S. C. Figura stans, dextra Pateram, sinistra duplex Cornucopiae.  
 \* PROVIN. . . . . Figura stans Daciam representans, dextra Baculum tenet, cum capite  
*Afinino, ad pedes Aquila. Ind. Polatio.*  
 IMP. C. C. VIB. VOLVSIANVS AVGG.  
 FELICITAS PVBLICA S. C. Figura stans Columnæ nixa, dextra Caduceum, sinistra Hastam  
 per transfertum.  
 IMP. CAES. C. VIB. VOLVSIANO AVGG.  
 \* AEQVITAS AVGG. S. C. Aequitatis stantis Typus. *M. N.*  
 \* CONCORDIA AVGG. S. C. (Figura sedens, dextra Pateram, sinistra duplex Cornucopiae. *M. N.*  
 (Figura stans, dextra Pateram, sinistra duplex Cornucopiae. *Ind. Caenot.*  
 \* IVNONI MARTIALI S. C. Templum cum Figura sedente in medio. *Plures diuersi. M. N.*  
 \* LIBERALITAS AVGG. S. C. Figura stans, dextra Tesseram, sinistra duplex Cornucopiae. *M. N.*  
 \* PAX AVGG. S. C. Figura stans, dextra Ramum, sinistra Hastam per transfertum. *M. N.*  
 \* PRINCIPI IVVENTVTISS. C. Figura Paludata stans, dextra Sceptum, sinistra Hastam. *M. N.*  
 \* VIRTVS AVGG. S. C. Figura Militaris stans, dextra Scutum tenens, sinistra Hastam. *M. N.*  
 IMP. CAES. C. VIB. VOLVSIANVS AVGG.  
 \* CONCORDIA AVGG. S. C. Figura stans, dextra Pateram, sinistra duplex Cornucopiae. *Ind. Caenot.*  
 IMP. CAES. C. VIBVS VOLVSIANVS AVGG.  
 \* S. C. Figura mul. stans, sinistra Pallium attollens, dextra Globum, super quem Anis. *Ind. Caenotorta.*  
 IMP. C. C. VOLVSIANVS. . . . .  
 \* . . . . . Sedet Figura, dextris crure, manuque elatis, sinistra Hastam, sub qua Leo gradens,  
 & inferius PAL. *Ind. Caenotorta.*

## VOLVSIANVS TR. P. I. II. COS.

COSS. *Treb. Gallus Aug. II. Vib. Volvsiannus Aug.**Pestis Romanas vastas Prouincias.**A.V.C. 1005.  
Christi 252.*

- Ar. IMP. CAES. C. VIB. VOLVSIANO AVGG.  
 PONTIF. COS. PRINC. IVVENT.  
 C. IMP. C. C. VIB. VOLVSIANVS AVGG.  
 PONTIF. TR. P. COS.  
 IMP. CAE. C. VIB. VOLVSIANVS AVGG. Caput cum Busto Trabeato, & Sceptro Consulari.  
 \* GENIVS AVGVSTORVM. Imp. stans ad Aram Galeatus, dextra Pateram, coram alia Figura  
 sacrificante, Signo Legionario medio, à tergo Imp. Figura Militaris, dextra Lauream capiti eius-  
 dem imponit, sinistra Scutum, *Theop. Theopol.*  
 \* PIETAS AVGG. S. C. Figura stans &c. *Patin. Ind. f. 26.*

## VOLVSIANVS TR. P. II. III. COS. II.

COSS. *Volvsiannus Aug. II. M. Valerius Maximus.**Pestis Roma sauit. Hoc Anno circa Iunium contra Emilianum pugnant, Volvsiannus cum Patre occiditur.**A.V.C. 1006.  
Christi 253.*

- Ar. IMP. CAE. C. VIBIO VOLVSIANO AVGG.  
 P. M. TR. P. II. P. P. COS. II. Figura sacrificans.  
 IMP. C. VAF. CAL. VIND. VOLVSIANO III.  
 VERTAS AVGG. Figura stans, sinistra Cornucopiae.  
 VICTORIA AVGG. Victoria gradiens, dextra Sertum, sinistra Palmam.  
 IMP. CAE. C. VIB. VOLVSIANO AVGG.  
 (Figura stans, dextra Ramum, sinistra Scipionem.  
 P. M. TR. P. III. COS. II. (Figura stans, dextra Pateram super Aram accensam.  
 \* (Figura stans, dextra florem, sinistra vestem leuans. *M. N.*  
 DIVO VOLVSIANO,  
 CONSECRATIO. Ara.  
 C. IMP. CAE. C. VIB. VOLVSIANO AVGG.  
 \* (Figura sacrificans, dextra Pateram super Aram tenens. *Ind. Polatio.*  
 P. M. TR. P. III. COS. II. P. P. S. C.)  
 \* (Figura Stolata stans, dextra elata cum Ramo, sinistra Pilum.  
 ibidem.

NVM.

NUMMI VOLVSIANI IN COLONIIS CVSI.

Damascus.

IMP. CAES. C. VIB. VOLVSIANO AVG.  
COL. DAMAS. METRO. *Ortelius in Synonymia.*

\* COL. DAMA. MET. Vexillum inter duas Aquilas. *Patin. Ind. f. 26.*

Incerta.

IMP. C. VOLVSIANO P. F. AVG. Bustum Volvsiანი capite Laureato.  
\* COL. NEMOE. Templum in vertice Montis, ad quod per scalam ascenditur, sub Monte Aquila expansis alis, ponè Figura nuda dextra elata, sinistra Montis radices tangit. *Strada f. 126.*

IMP. C. VIB. VOLVSIANVS AVG.  
\* COL. . . . . Figura Turrito capite dextra Trophæum, ad pedes Figura parua genuflexa, ad latus Columna, in qua Victoria alata, dextra Lauream tenens. *Ind. Casertina.*

\* COL. . . . . Figura imposta Leoni gradienti. *Patin. Ind. f. 26.*

Neapolis.

\* COL. NEAP. *Patin. Ind. f. 26.*

Viminacium.

\* P. M. S. COL. VIM. Dea stans inter Leonem, & Vitulum. *Patin. Ind. f. 26.*

103



C. IVLIVS AEMILIANVS.

**I**N Mauritania ortus, coepit à Puerò stipendia mereri; Dux limiti Sarmatico in Moesia à Decio praepositus, & à Gallo non submotus. Scythas non modò fugavit, sed & magna ex parte profugavit. Post Victoriàm præmijs perfolutis, Imp. ab Exercitu appellatus. Ad hos motus opprimendos Gallus cum Filio proficiscitur, sed vterque caditur. Aemilianus Senatui scribens, docet se Imp. lectum; promittit liberaturum Thracias, & Mesopotamiam, atque Armeniam recuperaturum. Sed interea Alpini Milites Valerianum eligunt Imp.: hoc nuncio accepto Aemilianum Milites, ne ciuili bello se conficerent, occidunt ad Spoletam, Valeriano Censorio se tradentes, solo Ducis capite res peracta. Imperauit mensibus 3. vt alij 4. Annos vixit 49. aut 46.

C. IUL. AEMILIANVS CONSVLARIS *contra Gallum, & Volusianum ab Exercitu Messico AVG. dicitur*  
P. M. IMP. P. P. *Gallum, & Volusianum prope Interamniam vincis, & quarto Imperij mense,*  
*(post electum ab Exercitibus Noricis, & Rheticis Valerianum) occiditur.*

COSS. *Volusianus Aug. II. Valerius Maximus.*

A.V.C. 1006.  
Christi 253.

- Ar.* IMP. AEMILIANVS PIVS FEL. AVG.  
APOLLO CONSERVAT. Apollo dextra Ramum, sinistra Cytharam.
- IMP. CAES. AEMILIANVS P. F. AVG.  
APOLLO CONSERVAT: Apollo nudus, dextra elata cum Ramo, sinistra Cytharam basi imponens. *Hulsus.*
- Ar.* IMP. CAES. AEMILIANVS P. F. AVG. *aliq. C. IUL. AEMIL.*  
\* DIANA VICTR. Diana succincta, dextra Sagittam, sinistra Arcum. *Scheda Pedrusiana.*  
\* HERCVL. VICTORI. Hercules nudus, dextra Clauam, sinistra Arcum, dependente Leonis exuuio.  
\* MARTI PACIFERO. Mars gradienti, dextra Ramum, sinistra Scutum, & Pilum. *Musaei Dauid.*  
\* PACI AVG. Figura Stolata stans, sinistra nixa Columnae, dextra Ramum.  
\* MARTI PROPVGT. Mars Galeatus stans, dextra Scutum, sinistra Hastam. *Musaei Dauid.*  
\* PAX AVG. Eodem Typo. *P. Minj.*  
    ) Figura stans ad Signum Militare, dextra Pateram, sinistra Hastam puram.  
\* P. M. TR. P. I. P. P. ) Figura Militaris, dextra Pateram, sinistra Hastam puram, ante Aram accersitam, prope quam Signum Militare. *Oysel. tab. 94. n. 3.*  
    ) Imp. Militari habitu sacrificans, sinistra Hastam puram.  
SPES PVBLICA. Spei Typus.  
VIRTVS AVG. Figura stans, dextra Ramum, sinistra Hastam.  
\* VICTORIA AVG, Victoria gradienti, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Musaei Dauid.*

IMP.

- IMP. ÆMILIANVS PIVS FEL. AVG.  
 APOL. CONSERVAT. Apollo dextra Ramum, sinistra Cytharam.  
 DIANA VICTRI. Diana stans, dextra Spiculum, sinistra Arcum.  
 \* HERCVLI VICTORI. Hercules nudus, dextra Clauam, sinistra Arcum dependente Leonis exu-  
 uio. *Scheda Pedrusiana.*  
 IOVI CONSERVAT. Iupiter dextra Hastam, sinistra Fulmen, protegens Imperatorem.  
 P. M. TR. P. I. P. P. Imp. Pateram extendens super Aram.  
 ROMAE AETERNAE. Figura Galeata stans, sinistra Pilum, dextra Globum cum Phœnice, &  
 Scuto ad pedes.  
 IMP. CAES. ÆMILIANVS PIVS FEL. AVG.  
 \* CONCORDIA AVGG. Duæ dextræ iunctæ. *Vaill. Tom. 2. f. 160.*  
 \* MARTI PACIFERO. Mars Galeatus cum Ramo, & Hasta. *Vaill. Tom. 2. f. 160.*  
 \* MARTI PROPVGNATORI. Mars Galeatus gradiens, dextra Hastam, laeva Clypeum. *ibidem.*  
 \* MARTI PROPVG. Eodem Typo. *P. Miny.*  
